B. P. Cum propofitum fuerit in Capitulo noftro, de N. N. qui per duos ferè Menfes nobifcum vt Clericus commoratus eft, ad habitum admittendo, nihilque ex tractatu hac de re habito emanauerit, quamobrem admitti nō debere videatur, eius rei teftimonium P.V.A.R. dandum,

&

& quantum in nobis eſt, ad huiuſmodi habitum admittendum cenſuimus. In quorum fidem has fieri, ſigilloque huius Collegij muniri iuſſimus. Datum N. in Collegio noſtro S. N. N. die Menſis Anni

D. N. N. Præpoſitus. *Sigillum, & Cancell.*

Pro conuerſis verò ad habitum admittendis poſt completum Quinquennium. Superior Collegij, in quo Conuerſus Nouitius manet, antequam eum proponat Capitulo ſuo, inquiret vel ex actis proprij Collegij, vel per literas à Superioribus Collegiorum, in quibus compererit eũdem commoratum fuiſſe, ea omnia teſtimonia de vita, & moribus, quæ ſexto quoque menſe danda Conuerſis nouitijs pręſcribit Capitulum generale anni 1674. tit. de veſtien. quibus habitis eadem communicabit capitulo ſuo, ac proponet, examinatis prius illius moribus, vtrum ille ita ſe geſſerit, vt mereatur admitti ad habitum Conuerſorum: Deinde teſtimonium ſuum, vna cum cæteris, quæ vel receperit ab alijs Superioribus, vel ex actis proprij Capituli tranſcripſerit eius Cancellarius, traſmittet ad Gen. vel Prou. cum literis Capitularium, & Capituli, ſeruata ſequenti formula.

For-

Formula literarum Capitularium pro admittendis ad habitum Conuerſorum. Tit. vt ſup. pag. 3.

B. P. Cum propoſitum fuerit in Capitulo noſtro de F. N. N. Nouitio, qui vt Conuerſus die Menſis Anni in Congregationem receptus fuit, & præſcriptum à Conſtit. quinquennium compleuit, ad habitum Conuerſorum admittendo, viſiſque teſtimonijs Capitulorum, ſexto quoque Menſe eidem factorum à Collegijs S. N. N. & S. N. N. & item ab hoc noſtro, quorum exemplaria ad P.V.A.R. cũ his mittimus, nihil ex tractatu ea de re habito emanauerit, quamobrem admitti non debere &c. vt ſupra.

Sub. Præp. Sigill. & Cancell.

Formula literarum Capitularium, quæ ſexto quoque Menſe dandæ ſunt Gen. vel Prou. de Conuerſis Nouitÿs. Tit. vt ſup. pag. 3.

B. P. Conuocato Capit. noſtro die &c., in quo propoſitum fuit, vtrum N. N. Frater Conuerſus Nouitius, ita ſe huc vſque geſſerit, vt mereatur detineri in Congregatione, auditiſque PP. ſententijs, nihil aliud circa eius vitam, & mores emanauit, quàm, quod ille ſit V.G. incompoſitus &c. (*ponantur fideliter defectus illi, de quibus in Capitulo culpatus fuit, abſq; eo quod nonũnẽtur ÿ, qui eoſdem defectus obÿecerunt*): Quam ob rem, cùm inſit (*vel* non inſit) nobis ſatis probabilis ſpes, dictum Fr. N. N. ſe ſe breui emendaturum, concluſum fuit affirmatiuè (*vel* negatiuè) Ideoq; eiuſdem rei teſtimonium his noſtris Capitularibus literis, ad præſcriptum Regularum, & Decretorum noſtrorũ, P.V.A.R. traſmittimus. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum ſigillo Cancell. *For-*

Formula dandi Teſtimonium Capitulorum, quæ ſexto quoq; Menſe habita fuere pro Conuerſis Nouitijs, cùm mutant Collegium, vel mittendi ſunt ad Nouitiatum, & item ſeruanda, quotieſcunq; tranſmitti debent ad Gener. vel Prouinc. exemplaria actorum, ſiuè tractatuum alicuius Capituli, à Cancellario.

SIc eſt in actis apud me Cancellarium infraſcriptum exiſtentibus, videlicet. Die &c. congregato Capitulo &c. (*tranſcribatur de verbo ad verbum pro vt in libro actorum reperitur tota ſeries illius Capituli, & pariter aliorum ſi, neceſſe ſit, hoc pacto.*)

Item die &c. congregato &c. *quibus tranſcriptis, ſtatim ſubiunget*. In quorum fidem &c. Datum in Collegio S. N. Vrbis N. die Menſis Anni

Loc. † Sig. Collegij. *Sub. tantum Cancell. ſic.*

Ego D. N. N. Cler. Reg. S. Pauli, & Capituli Collegij S. N. Vrbis N. Cancellarius ſupraſcripta omnia ex illius actis fideli calamò extraxi, & pro fide me ſubſcripſi cum appoſitione Sigilli eiuſdem Collegij.

Si verò contingat traſmittendam eſſe copiam alicuius ſcripturæ, quæ aſſeruetur in Cancellaria Collegij, vtetur hac formula.

Inter ſcripturas, quæ in Archiuio huius Collegij S. N: Vrbis N. apud me Cancellarium infraſcriptum aſſeruantur, ſic reperitur. (*Ponatur totus tenor ſcripturæ cum ſubſcriptionibus &c., deinde concludatur vt ſupra cum ſigillo, & ſubſcriptione Cancellarij.*)

For-

Formula literarum, quæ à P. Delegato dantur ad Præp. Gen. vel Prou. pro testimonio habitus traditi alicui Nouitio.

B. P. Questa sarà per dar auuiso à V.P.M.R.& insieme farle fede, come per gratia del Sig. Iddio il nostro Fratello D.N.N. Chierico, *ouero* Conuerso, hoggi li del Mese di & Anno hà riceuuto dalle mie mani, doppo il Vespro solennemente l' habito de Chierici, *ouero* Conuersi della nostra Congregatione, e ciò in esecutione della delegatione da V. P. fattamene alli del Mese di & Anno hauendosi prima disposto à tal funtione con esercitij di mortificatione, ed in altre maniere solite praticarsi in simile occasione, hauendogli mutato il nome di N. in quello di N., ne essendo questa per altro, le chiedo humilmente la sua santa Beneditione. Da Zagarolo li &c.

D. N. N. Delegato.

Notula earum rerum, de quibus scribendum Præposito Gen. vel Prouinciali, pro Professione alicui Clerico, vel Conuerso decernenda.

De Confessione generali sex mensium.

De spe progressus in regulari disciplina.

De tractatu habito in capitulo locali circa professionem faciendam.

De spiritualibus exercitationibus factis.

De diligentia facta ad illius voluntatem plene cognoscendam.

De periculo pluries facto de eo circa mortificationem.

De denuciatione decreti,& debita protestatione quæ iterum

rum facienda eſt in ſcriptis vt ſupra de veſtitu, mutato verbo *recipiendi*, in: Admittendi ad profeſſionem.
Præpoſitus ſcribat, quid ipſe in hac re, ac præterea de eruditione profeſſuri ſentiat.

Formula literarum, quæ ad Præpoſitum Gen: vel Prouincialem à Præpoſito locali dantur pro eo, qui profeſſurus eſt.

B. P. Già ſi auicina il fine dell'anno, che D. N. N. Chierico (*dicaſi quanto tempo è, che fù veſtito*,) *ouero*, che N. N. Conuerſo fù veſtito dell'habito della Congregatione noſtra; e però mi fà grande inſtanza, acciò poſſa eſſer ammeſſo all'atto della ſanta profeſſione; per tanto, vedendo il ſuo buon deſiderio, ne hò trattato in Capitolo, e ſi è conchiuſo da tutti vnitamente, che ſe gli poſſa fare la gratia; così ne dò auiſo à V. P. M. R. acciochè detto N. N. poſſa conſeguire il ſuo giuſto deſiderio, ſe pur così le piacerà: facendole anco intendere, come hà fatto la ſua confeſſione generale, e gli eſſerciti j ſpirituali per giorni con molte, e diuerſe maniere di mortificationi, e ſi è andato ſempre accommodando a' noſtri Inſtituti, & Ordini con qualche profitto (*ſi ſpieghi in che coſa particolare hà fatto profitto, e quanto nella diſciplina regolare, ſe tolerabile, ò maggiore dell'ordinario*) hauendolo più volte interrogato nel corſo dell' anno della probatione, ſe hauea animo di preſeruare, & mortificato in varie maniere, per prouare, ſe haueua animo riſoluto di ſeruire al Signore da douero, ſempre l'hò trouato coſtante, e molto deſideroſo di continuare nel preſo Inſtitu-

to: gli hò fatto denonciare il Decreto delli impedimenti, che mettono le noſtre Conſtitutioni, alla preſenza de' teſtimonij, e gli ſi è fatta la ſolita proteſta, quale le ſi manda con le ſolite lettere: alla fine non hò ſcoperto coſa, per la quale non ſi poſſa ammettere alla profeſſione, ſperando, che ne cauerà buon frutto, con edificatione di tutti, e beneficio della Congregatione, moſtrando giudicio, e talento, & hauendo aſſai buone lettere, *ouero* mediocri, *(ſi dichiari in particolare, che coſa sà, e quanto ſe ne può ſperare.)* Staremo aſpettando ciò, che V. P. M. R. deliberi in queſto fatto; con che la prego à darmi la ſua benedittione, e di hauermi per raccommandato nelle ſue orationi inſieme con tutto il Collegio. Di &c.

D. N. Propoſto.

Vocales item ſcribant iudicium ſuum, ad formam ſuperius præſcriptam, & mittantur literæ vna cum denunciatione impedimentorum, Proteſtatione, & Capitulo.

Formam literarum Capit. localis ad Præp. Gen. vel Prou. pro admittendis ad Profeſſionem in Congregat.

Tit. vt ſupra pag. 3.

B. P. Cum propoſitum fuerit in Capitulo noſtro de D. N. N. qui ante annum ad habitum Cleric. *vel* Conuer. fuerat admiſſus, ad actum Profeſſionis admittendo, nihilq; ex tractatu ea de re habito emanauerit, quamobrem admitti non debere videatur, eius rei teſtimonium P. V. A. R. dandum, & quantum in nobis eſt, ad huiuſmodi actum Profeſſionis admittendum cenſuimus. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sig. Cancell.

No-

Notandum, quod ex monitis anni 1623. curare debent Præpositi Nouitiatuum paulo ante emissionem Votorum Religionis, vt Nouitij emittant Professionem fidei in manibus Præpositi Generalis, vel Prouincialis, vel Delegati ad formam à B. Pio V. traditam.

Formula Professionis faciendæ à Clerico.

AD laudem Sanctissimæ Trinitatis, Ego D. N. N. in sæculo nominatus N. filius N. (*ponatur titulus conueniens*) ex Vrbe N. *siuè* Oppido N. diœcesis N. Anno ætatis meæ , & ab habitu huius Congregationis suscepto anno vno, & diebus promitto Deo Omnipotenti, & tibi Adm. R. P. D. N. N. Præp. Generali, *vel* R. P. D. N. N. Præposito Prouinciali Congregationis Cler. Regul. S. Pauli in Prouincia N. locum Dei tenenti (*quod si fuerit alius delegatus exprimatur*) me perpetuam Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam seruaturum secundum dictæ Congregationis constitutiones, & ita solemniter voueo, & professionem facio die mensis Anni in festo in Ecclesia Sancti Vrbis, *vel* Opidi

Ego idem N. N. hanc professionis formulam scripsi, & subscripsi manu propria, & ore meo pronunciaui.

Formula iuramenti, statim post Professionem, extra tamen solemnem actum, faciendi à Clerico professo, iuxta declarationem Sac. Cong. & Decret. Cap. gen. 1647. tit. de Professione.

IDem D. N. N. testem inuoco Deum, quod neque Præpositi dignitatem, neque aliquod officium, quod huiusmodi dignitati ex Constitutionibus in Congregatione

præferatur, mihi mandari curabo.

Item idem D. N. N. testem inuoco Deum; quod in fauorem Religionis dumtaxat aliquam dignitatem extra Congregationem non quæram, aut sine præcepto Summi Pontificis accipiam.

Idem D. N. N. hanc iuramenti formulam scripsi, & subscripsi, & ore meo pronunciaui.

Notula earum rerum, quas Cancellarius Collegij curare debet, post professionem siue Clerici, siue conuersi.

PRimò, vt harum formularum professionis, & iuramenti exemplaria professurus ipse scribat, & ita descripta præsentibus fratribus pronuntiet; & postquam pronuntiauerit, statim in libello ad hoc parato iterum scribat, & subscribat in hanc formam. Ad laudem &c. vt supra, subscriptio vero erit huiusmodi.

Ego idem D. N. N. hanc meæ solemnis professionis formulam iterum scripsi, & subscripsi, cum prius solemniter fratribus præsentibus eam ore meo pronuntiassem.

Item scribat in commemorato libello, iuramenti formulam, Testem inuoco Deum, &c. & sic se subscribat.

Idem D. N. N. hanc iuramenti formulam iterum scripsi, & subscripsi, cum eam prius ore meo pronunciassem.

Deinde Cancellarius Præpositi siue Generalis, siue Prouincialis, aut eo absente Cancellarius Collegij pro ipso testificetur, actumque conficiat in eodem libro post professionis eius scriptum, hac ratione.

Die Mesis Anni In Ecclesia N. N. suam solemnem professionem verbis superius descriptis ad Altare

pro-

pronuntiauit solemniter, & fecit. M. R. P. D. N. N., *vel* R. P. Præpositus Prouincialis intra Missarum solemnia eandem professionem recepit ad præscriptum ritus nostri, præsentibus professis, nouitijsque; qui eo tempore, in eodem Collegio habitabant, præter (*ponatur si quis absfuit*)

Deinde iurauit in Choro ex formula itidem apud nos præscripta.

Demum professionis, iuramentique formula in statum hunc librum relata est, vt superius est notatum; quibus rebus ego D. N. N. Cancellarius dicti M. R. P. N. N. Præpositi Generalis, *vel* R. P. Præp. Prouincialis, *vel* dicti Collegij S. N. interfui, & perpetui testimonij causa ex instituto nostro actum hunc confeci.

Tandem emissæ professionis, & iuramenti aliud exemplar omnino simile proxime præcedenti, manu eiusdem, qui professus est, exaratum, & subscriptum curabit, Præpositus, vel eius Cancellarius, vt ad Præpositum Generalem in eius archiuium asseruandum mittatur. Ex for. Præp. Prouincialis.

NOta, quod formula professionis Conuersorum omnino debet scribi, & subscribi, & pronunciari lingua vulgari, vt perspicuè intelligant, & plenè sciant, quid dicunt, quid agunt, & quid promittunt. Quod si Conuersus scribere nesciat, alius pro eo scribat formulam professionis, quam pronuntiare debet.

Formula Professionis faciendæ à Conuerso.

A Lode della Santissima Trinità, Io N.N. nel secolo chiamato N. figliuolo di N.N. della Parocchia N.N. della

della Città N., *ouero* della Terra, ò Villa di N. diocesi di N. l'anno dell'età mia e dall'habito riceuuto di questa Congregatione Prometto à Dio Onnipotente, & à Voi R.P. Preposito Prouinciale della Congregatione de Chierici Regolari di S. Paolo nella Prouincia di N. (*e se si facesse in mano d'altro delegato, dicasi*) à Voi R.P. D.N.N. Preposito di questo Collegio di N. in luogo del R. P. Preposito Prouinciale della Congregatione de' Chierici Regolari di S.Paolo nella Prouincia di N., Luogotenente di Dio, di osseruare perpetua Castità, Pouertà, & Obedienza secondo le Constitutioni di detta Congregatione, e così ne faccio solennemente Voto, e Professione il giorno del mese dell'anno nella festa nella Chiesa di S. N. della Città, ò della Terra

Io N. N. sudetto, hò scritto, e sottoscritto per fede del vero di propria mano, e di mia bocca pronunciato la suddetta Professione.

Aduertendum præterea, quod omnia præstanda erunt pro Conuerso professo, quæ de professione Clerici supra præscripsimus, & si Conuersus scribere nesciat, alius professus, & sacerdos ex nostris pro eo id præstet hoc pacto.

Ego D. N.N. rogatus ab N. & iussus à M. R. P. N. N. hanc professionis eiusdem N. formulam scripsi, & subscripsi cum ille prius fratribus præsentibus solemniter pronunciasset. Reliqua vero, quæ in acta referenda sunt, præstet Cancellarius Collegij.

For-

Formula literarum , que à Patre Delegato dantur ad Præpositum, siue Generalem , siue Prouincialem pro testimonio professionis emissæ ab aliquo Nouitio.

B. P. Questa sarà per dar'auuiso alla P.S.M.R. & insieme anche farle fede, come per gratia del Signor' Iddio il nostro Fratello D. N. N. Chierico, *ouero* N. N. Conuerso hoggi il dì del mese hà fatto la sua solenne professione nelle mie mani, conforme all' ordine di delegatione della V. P. dato alli del mese prossimo passato, dell'anno hauendo prima, conforme alle nostre Constitutioni, fatto gli essercitij spirituali, la confessione generale, & li essercitij di mortificationi, che particolarmente in tal occasione sogliono farsi, & anche fatta la professione della fede nelle mie mani. Le mando insieme con questa la professione scritta, e sottoscritta di mano prop. del Professo, conforme à gli ordini nostri. Monza li &c.

Don N. N. Delegato.

Formula literarum, quæ ad Præpositum Prouincialem à Præposito locali dantur pro differenda Professione.

BEnedicite. Essendo vicino il tempo della professione di D.N.N. Chierico vestito adì del mese dell' anno passato, *ouero* di N. N. Conuerso vestito &c. hò proposto a' Padri Capitolari, se si doueua ammettere alla Santa Professione; e per parer commune, s'è concluso, si differisca ancora per alcuni mesi, del qual parere son stato anch'io, per le seguenti ragioni (*dicansi li manca-*

menti

menti di maggior rilieuo, ſpecialmente della inſtabilità, poca vbbidienza, ſouerchia libertà, & indeuotione &c. Aggiongaſi dall'altra parte le buone qualità, delle quali per pratica ſi è conoſciuto eſſer dotato: in fine ſi tocchi del deſiderio, che tiene, e della ſperanza, che dà di migliorare Concludaſi la lettera nella maniera delle ſopradette di queſto genere.)

Quilibet capitularis ſententiam ſuam ſcribat, quamobrem differendam profeſſionem cenſeat.

Formula literarum ad Præpoſ. Gen. vel Prou. pro dimittendo, ſiue Clerico, ſiue Conuerſo à Congregatione.

B. P. Sono meſi che D. N. N. della Città ò luogo fù veſtito dell'habito Clericale della noſtra Congregatione, *ouero* ſono anni che N. N. &c. fù veſtito dell'habito di Conuerſo; & in queſto tempo à ſtato ne' Collegij di N. N. e li portamenti di lui ſono, quali V. P. M. R. vedrà dalle lettere capitolari de ſuddetti Collegij, che con queſte le mandiamo. Io hauendo conuocato il capitolo noſtro, hò propoſto ſe ſi doueua ammettere alla profeſſione, e la concluſione è ſtata negatiua. Dipoi la ſeconda volta propoſi, ſe ſi douea licentiare, & in voce, & con ſuffragij della maggior parte fù riſoluto, che ſia iſpediente il licentiarlo; di queſto parere ſon ſtato anch'io per le ſeguenti ragioni.

Primieramente hà dato ſegno più volte di inſtabilità; moſtra inhabilità alli noſtri inſtituti, conforme al ſuo grado di Chierico, *ouero* di conuerſo. Haue alcuni mancamenti, i quali, come hò oſſeruato più volte, paiono in lui

irre-

irremediabili; perche non hanno giouato nè auertimenti, nè correttioni, nè essortationi, nè penitenze (*dicasi se ci sono altri impedimenti conforme alle Constitutioni*) Hò scritto il parer mio conforme al poco lume, che Iddio mi hà dato, hauendomi in questa attione posto auanti gl'occhi della mente il seruigio di Dio, il bene della Congregatione, & insieme anco la salute di questo sogetto. Mando con questa mia le lettere delli altri Padri Capitolari, acciò S.P.M.R. risolua quello, che gli parrà più ispediente, & humilmente le chieggo la sua santa benedittione. Di &c.

Adnotationes pro scribendis literis testimonialibus de vita, & moribus. Prima quod testimonium de vita, & moribus à capitulo locali datur. Primò pro ijs, qui ad studia literarum applicandi sunt Const. lib. 3. cap. 5. §. cum aliquis ad studia. Secundò pro promouendis ad sacras ordinationes Const. l. 2. c. 9. §. itaque. Tertiò pro Confessoribus Const. l. 3. c. 1. §. Approbatio. Quartò pro admittendis ad sacras Conciones l. 3. c. 2. §. Præpositi Generalis.

2. Quod si per sex menses non conuixerit cum cæteris Capitularibus is, de cuius vita, & moribus dandum est testmonium, Præpositus Localis ab illo Superiore, vbi prius domicilium habuit, antequam suo Collegio adscriberetur, modo per aliquot menses moratus sit, hoc ipsum testimonium curare debebit. De ijs verò, qui paulo ante Professionem votorum solemnium emiserunt, testimonium Patrum Capitularium non erit necessarium: Ex vsu Congregationis à Superioribus approbato.

3. Quod in huiusmodi Capitulo, in quo de vita, & mori-

bus agitur; prius est dandum iuramentũ singulis Patribus ex Decreto Cap. Generalis anni 1617. & in hæc verba formãdum. Testẽ inuoco Deũ &c. quod habetur supra pag. 3.

4. Quando agitur de testimonio dando de vita, & moribus, & vota sunt paria, tunc Superior ferre potest duplex suffragium. Ex Mon. Capituli Generalis 1623.

Formula literarum Capituli localis ad Generalem, pro testimonio dando de vita, & moribus de ijs, qui ad studia applicandi sunt.

Tit. vt supra pag. 3.

B P. Cum propositũ sit in Capitulo nostro de D. N. N. . annos nato Clerico professo eiusdem Congregationis ad studium Rhetorices, vel ad cursum Philosophiæ, vel ad sacram Theologiam applicando; quem superiori anno P. V. A. R. à studijs ad exteriores, & corporeas occupationes retraxerat, nihilque ex tractatu ea de re habito circa eius mores, & vitam emanauerit; quamobrem rursus admitti non posse videretur; eius rei testimonium P. V. A. R. dandum esse statuimus; vt quod melius in domino iudicauerit, pro sua prudẽtia decernat. In quorum fidem &c. Dat. N. die .. Mensis ... Anni ...

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formula literarum Capitularium ad Prouincialem, pro testimonio dando de vita, & moribus admittendorum ad primam tonsuram, & quatuor minores.

Tit. vt supra pag. 3.

B Cum propositum fuerit in Cap. nostro de D. N. N. . annos nato Clerico professo eiusdem Congregatio-

gationis ad primam tonſuram; vel ad ordines minores, vel ad ordinem lectoratus &c. admittendo; nihilque ex tractatu ea de re habito circa eius vitam, & mores emanauerit, quamobrem admitti non debere videretur; eius rei teſtimonium à nobis R. V. dandum, & quantum in nobis eſt, illũ admittendum cenſuimus. In quorum fidem &c.

Sub. Præp. & cum ſigillo Cancell.

Formula literarum teſtimonialium à PP. examinatoribus electis ad examen admittendorum ad primam Tonſuram, & ad quatuor ordines minores.

NOs infraſcripti delegati à R. P. D. N. N. Præp. Prou. Congreg. Cler. Reg. S. Pauli in Prouincia N. ad examen Don N. N. Clerici profeſſi ad primam Tonſuram, & ad ordines minores, *vel* ad oſtiariatum, *vel* ad lectoratum promouendi; fidem facimus, eiuſmodi examinis officium, nos diligenter præſtitiſſe, eundemque dignum iudicaſſe, qui ad huiuſmodi ordinis gradum admittatur. In quorum fidem, has ſubſcripſimus. Dat. &c.

Don N. N. Delegatus. *D. N. N. Delegatus.*

Formula literarum Capitularium, pro teſtimonio de vita, & moribus dando, pro admittendis ad ordines ſacros ſuſcipiendos, ad Præpoſitum Generalem.

Tit. qui ſupra pag. 3.

BP. Cum propoſitum fuerit in Capitulo noſtro, de D. N. N. & D. N. N. Clericis profeſſis eiuſdem Collegij, & in Acolytatus, *vel* Subdiaconatus, *vel* Diaconatus ordine à die .. Menſis ... Anni .... conſtitutis, ad ſacrum Subdiaconatus, *vel* Diaconatus, *vel* Præsbyteratus ordi-

nem admittendis; nihilque ex tractatu ea de re habito, circa eorum vitam, & mores emanauerit; quamobrem admitti non debere viderentur, eius rei testimonium à nobis P.V. A.R. dandum, & quantum in nobis est, illos admittendos censuimus. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum sigill. Cancell.

Formula testimonij dandi ab examinatoribus electis ad examen admittendi ad Ordines sacros.

NOs infrascripti, Delegati à M.R.P.D. N.N. Præp. Generali Cong. Cler. Reg. S. Pauli ad examen Don N.N. Clerici professi ad sacrum Subdiaconatus, *vel* Diaconatus, *vel* Præsbyteratus ordinem promouendi, fidem facimus, eiusmodi examinis officium, nos diligenter præstitisse, eundemque dignum iudicasse, qui ad huiusmodi ordinis gradum admittatur. In quorum fidem &c. Dat.

Formula literarum Capitularium ad testimonium dandum Præp. Generali pro admittendis ad sacras Confessiones audiendas.

Adm. Reu. Patri &c. vt supra *pag. 3?*

BP. Cum propositum fuerit in Capitulo nostro, de P. D. N. N. Sacerdote professo eiusdem Collegij, annos nato ad sacras Confessiones audiendas admittendo; nihilq; ex tractatu ea de re habito circa eius vitam, & mores emanauerit; quamobrem admitti non posse videretur; eius rei testimonium P.V.A.R. dandum esse statuimus; vt quod melius in Domino iudicauerit, pro sua prudentia decernat. In quorum fidem &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formu-

Formula literarum, pro testimonio dando à PP. examinatoribus delegatis ad examen admittendi ad sacras Confessiones audiendas.

NOs infrascripti, delegati à M. R. P. D. N. N. Præpos. Generali ad examen P. D. N. N. Sacerdotis professi ad sacras Confessiones audiendas admittendi; fidem facimus, eiusmodi examinis officium nos diligenter præstitisse; eundemque dignum iudicasse; qui ad huiusmodi confessionum munus admittatur. In quorum fidem &c.

D. N. N. Delegatus. *D. N. N. Delegatus.*

Formula literarum Capitularium, quæ ad Præp. Generalem dantur pro admittendis ad sacram diuini verbi prædicationem. Tit. vt supra pag. 3.

B. P. Cum propositum fuerit in Capitulo nostro de P. Don N.N. Sacerdote professo in hoc Collegio iam per menses commorante, & annos nato ad sacram Diuini Verbi prædicationem admittendo; nihilque ex tractatu, ea de re habito, circa eius vitam, & mores emanauerit; quamobrem admitti non posse videretur; eius rei testimonium P. V. A. R. dandum esse statuimus; vt quid de eo melius in Domino iudicauerit pro sua prudentia decernat. In quorum fidem &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formula pro testimonio dando à Patribus examinatoribus electis ad examen admittendi ad sacram Diuini Verbi prædicationem.

NOs infrascripti delegati à M. R. P. N. N. Præposito Generali ad examen P. D. NN. Sacerdotis professi

ad

ad sacram Diuini Verbi prædicationem admittendi, fidem facimus, &c. vt sup.

Formula literarum testimonialium ad Episcopum, pro examinandis ad audiendas Confessiones.

D. N.N. Præp. Coll. S. N. Vrbis N. Cong. Cl. Reg. S. P.

CVm M. R. P. D. N.N. Præp. Generalis Congregationis nostræ, expedire in Domino iudicauerit, P. D. N.N. Congreg. eiusdē Sacerdotem professum, in hoc Collegio commorantem ad audiendas confessiones admitti, nobisque commiserit, vt ei fidem de vita, & moribus dantes, præsentemus eum examinandum: His nostris fidem facimus, & testamur, eum esse bonis moribus præditum, nulloque impedimento Canonico teneri, atque dignum esse, quantum humana fragilitas patitur, qui ad huiusmodi munus promoueatur. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formula pro testimonio dando à P. Delegato de professione fidei à Concionatore electo, coram eo emissa.

EGo infrascriptus delegatus à M. R. P. D. N.N. Præposito Generali Congr. Cler. Reg. S. Pauli, vel à R. P. D. N.N. Præposito Prou. in Prouincia ad Fidei professionem P. D. N.N. Sacerdotis professi, ad munus concionandi à superioribus suis electi, in manibus meis recipiendam; testimonium facio, eum coram me professionem Fidei ad præscriptum sacrorum Canonum; & sacri Concilij Tridentini præstitisse. In quorum fidem &c. Dat. &c.

D. N.N. Præp. Collegij N. delegatus affirmo.

Adnotata pro literis dimissorijs sequentibus. Primò, quod vnà cum literis Præpositi localis, literas etiam delegationis siue Prouincialis, siue Generalis, deferre debet ordinandus; & præterea instrumenta ordinum præcedentium, ex vsu quarundam Ecclesiarum, sine quibus non admittuntur. Erit igitur locorum consuetudo seruanda.

Secundò, quod quando multi ad eundem ordinem suscipiendum destinantur, omnes sub ijsdem literis contineri ritè poterunt; verum si plures ad varios ordines sint admittendi, melius erit, si distinctè habeant literas patentes, & gratius Actuarijs Ordinariorum.

Tertiò, quod in quibusdam Ecclesijs Episcopi, qui ordinationes sunt habituri solent testimonium requirere Vicarij Generalis, quo affirmet Episcopum suum, vel abesse, vel sacras Ordinationes eo tempore non habiturum, quare procurandum erit.

Formula dimissorialium literarum patentium ad Episcopum dirigendarum pro prima Tonsura initiandis.

D.N.N. Præp. Coll. S. Cong. Cler. Reg. S. Pauli.

CVm R.P.D. N.N. Præpositus Prou. Congreg. nostræ in hac prouincia, expedire in Domino iudicauerit, D.N.N., & D.N.N. Cong. nostræ Clericos professos in hoc Coll. S. prædicti commorantes, ad primam tonsuram admitti; nobisque commiserit, vt eis testimonium de natalibus, vita, & moribus dantes, eosdem præsentemus: His nostris fidem facimus, & testamur, eos esse legitimè natos, bonis moribus præditos, in legitima

æta-

ætate constitutos; nulloque impedimento canonico teneri, quin sacræ Militiæ possint adscribi; omniaque requisita habere, quæ à sacro Conc.Trid.& Const. Sixti V. & Clem. VIII. in hac parte præscribuntur: præterea frequenter peccata sua confessos esse, sanctissimam Eucharistiam sumpsisse, sacro Confirmationis Sacramento fuisse perunctos, & in Ecclesiastica, regularique disciplina non mediocriter profecisse; atque ita illos, quantum humanam fragilitas patitur, dignos, qui ad talem gradum admittantur, iudicantes; ipsos ad Illustriss. & Rener. D. Episcopum .... pro Ordinatione dirigimus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, Collegijque nostri sigillo munitas fieri iussimus. Datum N. die mensis anni.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Alia formula dimissorialium literarum patentium, pro admittendis ad quatuor Ordines Minores.

D.N.N.Præp.Coll.S.N. N.Congr.Cler.Reg.S.P.

CVm R. P. D. N. N. Præp. Prou. Cong. nostræ in hac prouincia expedire in Domino iudicauerit, D. N.N. Cong. nostræ Clericum professum in hoc Collegio S. commorantem, & prima tonsura initiatum, ad quatuor Minores Ordines admitti; nobisque commiserit, vt ei fidem de natalibus, vita, & moribus dantes, præsentemus eum ordinandum: His nostris fidem facimus, & testamur, eum esse legitimè natum, bonis moribus præditum, in legitima ætate constitutum; in Clericalium functionum muneribus versatum, nulloque

impe-

impedimento Canonico teneri, seu inhabilem esse ad ipsos ordines suscipiendos, omniaque requisita habere, quæ à Sacro Trid. Conc. & Const. Sixti V. & Clem. VIII. in hac parte præscribuntur; atque ita illum, quantum humana fragilitas patitur, dignum, qui ad huiusmodi gradus admittatur iudicantes; ipsum ad Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopum N. pro dictorum ordinum collatione dirigimus, humiliter deprecantes, vt super interstitijs cum illo benignè dispenset. In quorum fidem &c. vt supra.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formula literarum dimissorialium ad Episcopum, pro ordinandis in sacris, sine dispensatione interstitiorum.

D. N.N. Præp. &c.

CVm M. R. P. D. N. N. Præpos. Generalis Congreg. nostræ expedire in Domino iudicauerit, D. N.N. Congreg. eiusdē Clericum professum, in hoc Collegio S.N. commorantem, in Acolyt. *vel* Subdiac. *vel* Diac. Ordine ab anno, & vltra constitutum, ad Subdiac. *vel* Diaconatus, *vel* Præsbyteratus Ordinem admitti; nobisque commiserit, vt ei testimonium de natalibus, vita, & moribus dantes, præsentemus eum ordinandum: His nostris fidem facimus, & testamur, eum esse legitimè natum, bonis moribus præditum, in legitima ætate constitutum, in susceptorum ordinum muneribus versatum, ac per decem dies spirituales exercitationes obijsse iuxta Constit. Alex. VII., nulloque impedimento Canonico teneri, seu inhabilem esse ad ipsum sacrum Ordinem suscipiendum, omniaque requisita habere, quę à sacro Conc.

Trid., & Const. Sixti V. & Clem. VIII. in hac parte præscribuntur, atque ita illum, quantum humana fragilitas patitur, dignum, qui ad altiores gradus admittatur, iudicantes; ipsum ad Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopum ..... pro approbatione, & dicti Ordinis collatione dirigimus. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Alia formula literarum dimissorialium ad Episcopum, cùm ordinandus in sacris indiget dispensari super interstitijs.

D. N.N. Præp. Collegij &c.

CVm M.R.P.D.N.N. Præp. Gen. Congreg. nostræ ad Ecclesiarum nostrarum vtilitatem, & necessitatem expedire in Dño iudicauerit, D. N.N. eiusdem Congreg. nostræ Clericum professum in hoc Collegio S. N. commorantem, & in Acolythatus Ordine .... ab hinc mensibus constitutum, longiori interuallo non expectato, ad Subdiaconatus Ordinem admitti, nobisque &c. vt supra (*nota quod si pro Præsbyteratu suscipiendo quis dispensatus sit à Pontifice super defectu ætatis, omissa particula illa*: In legitima ætate constitutum, *apponi debet hæc altera*: super ætatis defectu à sanctissimo dispensatum, *& in fine post illa verba*; & ordinis collatione dirigimus, *addatur*. Humiliter deprecantes, vt cum eo super interstitijs, habita, vt præfatum est, Ecclesiarum nostrarum vtilitatis, & necessitatis ratione dispensare dignetur. In quorum &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

Formu-

Formula iuramenti faciendi in scriptis ab his, qui ordinandi sunt ad Subdiaconatum ante Ordinarios locorum, vel eorum Vicarios.

EGo D.N.N. Testor cum iuramento, me solemniter professum esse in Congreg. Cler.Reg.S.Pauli:

Alia formula literarum dimissorialium ad Episcopum dirigendarum, quando extra Diœcesim eundum est.

Titulus vt supra.

CVm M.R.P.D.NN. Præp.Generalis Cong. nostræ expedire in Domino iudicauerit ad Collegiorum, & Ecclesiarum nostrarum vtilitatem, & necessitatem, D. N.N. Congr. nostræ Clericum professum in hoc Collegio S. prædicti commorantem, & in subdiaconatus ordine constitutum, longiori interuallo non expectato, ad Diaconatus ordinem admitti, nobisque commiserit, vt ei testimonium de natalibus, vita, & moribus dantes præsentemus eum ordinandum. Cumque nobis innotuerit, Illustriss. & Reuerendiss. N. N. ordinarium, vtpotè iustis de causis detemtum, proximis hisce sacris N. temporibus, nullas omnino sacras Ordinationes habiturum; hunc nos idcirco ad Illustriss. & Reuerendiss. Episcopum N., seu ad quemcunque alium Catholicum Antistitem, qui quidem per idem tempus id muneris sit obiturus, ordinandũ transmittimus, ab eodem, quicunque is sit, humiliter petentes, eundem ipsum ordinandũ super intestitijs dispensari, habita, vt pręfatum est, Ecclesiarum nostrarum vtilitatis, ac necessitatis ratione; atque id illi testimonium dantes, quo etiam testamur, eum esse legitimè natum &c. vt supra.

Formula pro nominatione Vicarij.

Tit. vt ſupra pag. 3. relicto verbo: & Capitulum.

B. Ad id munus explendum, quod conſtitutionibus noſtris mihi tamquam Præpoſito, licet indigno, commiſſum eſt; pro ea conſideratione, quam adhibere in hoc genere ſecundum exiguas vires meas potui, Patres D N.N. & D. N.N. vocales huius Collegij ad officium Vicarij ad formam earundem Conſtitutionum noſtrarum eligo, vt alter eorum à R.V., ſi ita libuerit, approbetur. Dat. in Collegio S. &c.

Subſcribat Præpoſ. tantum, ſine ſigillo &c.

Formula nominationis Confeſſariorum.

Tit. vt ſupra pag. 3. relicto verbo: & Capitulum.

B. Ad id munus explendum, quod conſtitutionibus noſtris, mihi tanquam Præp. licet indigno, commiſſum eſt; pro ea conſideratione, quam adhibere in hoc genere ſecundum exiguas vires meas potui, PP. DD. NN. confeſſarios huius Coll. S. ad formam earundem Conſtitutionum, ac Decreti fel. rec. Clem. VIII. regularib. indicto eligo, à R.V., ſi ita libuerit, approbandos. Dat.

Subſcribat Præpoſ. tantum, ſine ſigillo &c.

Formula electionis Procuratoris Collegij.

PRo ſequenti formula nota primo, quod antequã fiat nominatio Procuratoris localis; Vicarij electio debet eſſe Capitularibus omnibus nota, ne & ipſe nominetur.

2. Nota, quod deſcribendi ſunt omnes, qui interfuerunt Capitulo, & item omnes, qui fuerunt nominati; tacito tamen quot nominationibus quiſque ſit nominatus.

Tit.

Tit. vt ſupra pag. 3. Ad Prouincialem.

CONgregato Capitulo cauſa nominationis Procuratoris huius Collegij ad præſcriptum Conſtitutionis noſtræ, in quo quidem capitulo fuerunt R.P.D.N.N. Præp. & Patres D. N.N., nominati fuerunt P.P.D.N.N. & D.N.N. *(nominantur omnes capitulares, qui nominationem tulerunt)* quorum nomina ad V.R. mittimus, vt quem magis idoneum in Domino iudicauerit ad hoc munus exercendum, eligat, & approbet. Dominus R.V. diu conſeruet. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Formula literarum pro electione Conſeruatoris

Tit. ad Prou. vt ſup. pag. 3. relicto verbo: & Capitulum.

AD euitandas lites, & maxime coram Iudice ſeculari, ad tuenda Eccleſiæ, & Collegij noſtri iura; pro ea, quam à Sanctiſſimo Papa Iulio III. habemus, facultate, Conſeruatorem eligendi; habito circa hoc tractatu cum PP. Vicario, & Diſcretis, Procuratore, & Cancellario huius Collegij, Illuſtr. & M. R., *vel* Reuerendiſs. D. N.N.I.V.D., & Vicarium Generalem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſc. Ciuitatis N., ac noſtri amantiſſimum eligere cenſuimus; quamobrem his noſtris R. V. poſtulamus, vt eiuſdem electionem confirmare placeat. Dominus R.V. diù conſeruet. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

For-

Formula literar. pro iter Agentibus extra Prouinciam.

D.N.N. Præp. Coll. S.N.N: Cong. Cler. Reg. S.P.

VT regulari disciplinæ satisfiat, & itinerum difficultates caueantur, omnibus testatum esse his nostris volumus; P. D. N.N. Congreg. nostræ Sacerdotem professum esse, nuncque ex commissione Adm. R.P. Præpositi Generalis nostri, ac nostra N. proficisci; quare omnes, ad quos ille diuerterit, per D. N. Iesu Christi charitatem obsecramus, vt eum excipiant, adiuuentque, in eorum Ecclesijs Missam facere permittant, omniaque alia charitatis officia præstent, quæ Christianos decet; benignitatis suæ præmium à communi omnium Domino abundè recepturi. In quorum fidem &c. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Formula pro iter Agentibus per Prouinciam.

D.N.N. Præp. Coll. S.N. Vrbis N., P.D.N.N. Presb. Cler. *vel* Conuerso Professo Cong. nostræ Cler. Reg. S.P.

EX facultate à R.P. D. N. Præp. Prouinciali huius nostræ Prouinciæ nobis facta; concedimus tibi, vt N. vicinaque loca religiosæ peregrinationis gratia proficiscaris, vel ad tuos secundum carnem propinquos ob eorum necessaria negotia persoluenda, N. vel ad locum N. diœc. N. proficiscaris, vicinaque loca, absfuturus dies N. circiter ab his datis; rogamusque omnes, ad quos perueneris, & scriptum hoc exhibueris, vt ex Christianæ charitatis officio in eorum Ecclesijs Missam facere permittant, & alia omnia charitatis officia præstent, quæ Christianos decet, piæ benignitatis suæ præmium à com-

muni

muni omnium Domino abundè recepturi. In quorum fidem &c. Dat.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Alia formula pro iter Agentibus. Tit. vt supra.

CONcedimus tibi, vt (*si cum socio dicatur*, vna cum N. N. Presbytero, Clerico, vel Conuerso socio tibi assignato) N., locaque vicina proficiscaris, ad munus explendum inter nos constitutum, reuersurus ad hoc Collegium post tres dies ab his datis: rogamus autem omnes ad quos perueneris, & scriptum hoc exhibueris, vt ex Christianæ charitatis officio, Missam facere permittant, hospitio suscipiant, & alijs item rebus iuuent, quibus & ipsi poterunt, & tu indigebis; quorum remunerationem, vt à Domino accipiant, precamur. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Formula literarum, quas Discreti dare debent ad Præpositum Prouincialem sexto quoque mense.

DIscreti literas plenè scribant, saltem sexto quoque mense, de statu Collegij ad Prouincialem; nimirum mense Ianuario, & Iulio; idque faciant sincerè, & sine amplificatione, solo diuini honoris, & Congregationis zelo permoti; vt disciplina regularis conseruetur, & vbi aliqua ex parte labi incipiat, restituatur, omnibusque rebus Collegij opportunè prouideatur, & quamuis in eo Collegio habeat domicilium Prouincialis, nihilominus ad eum scribant, sicut etiam ij Discreti, vbi sedes est Præpositi Generalis, ad eum eadem scribere ne omittant: quod si rei necessitas vrgeat, etiam extra hæc tempora scri-

ſcribant; omnino verò ita ſeparatim, vt alius eiuſdem officij ſocius, quid ſcripſerit ignoret, de ſequentibus vero ſcribent, tum rectè acta, tum contraria hoc ordine.

De religioſa obſeruantia, eorum præſertim, quæ habentur in 2. & 3. Conſtitutionum libris; item in formulis officialium, & ad particularia deſcendant; omnino de conuentu alternis hebdomadis habendo à Præpoſito, Vicario, & Diſcretis, an habeatur. De vſu decretorum Capituli Generalis, ſiue monitorum Præpoſiti Generalis, & Viſitatorum. De ſpiritualibus exercitationibus, ſi quis omiſerit, & qua de cauſa. De adoleſcentibus è Nouitiatu nuper eductis, an ab alijs ſeorſum agant. De Conuerſis, an conſueta meditationum lumina ſubminiſtrentur, eorumque capitula habeantur, ſi quis prædiorum curæ deputatus, ſtatis temporibus ad Collegium redeat, & an amouendus. De Eccleſiaſticis functionibus. An Confeſſarij ſuo faciant ſatis officio. De Concionatorum moribus, de eorundem ratione concionandi, & an conciones probent. Quam vtiliter Chriſtiana doctrina tradatur. Quæ Miſſarum obligationes. Horæ Canonicæ, an ab omnibus in Choro recitentur, noctu præſertim: Qui frequens Sacramentorum vſus, qui concurſus populi.

Quæ laicorum in Collegio Congregationes, à quibus, & quàm rectè habeantur. An aliquid deſideretur ad amplificandum diuinum cultum. An commodæ ſint miſſiones aliquæ in ijs regionibus. De promouendis ad ſacros ordines, aliaſue functiones Eccleſiaſticas.

De ſtudijs literarum, quomodo ſe gerant magiſtri diſcipu-

ſcipuli quomodo, quis eorum proficiat, quis deficiat: an quia difficili ſit ingenio, an quia ſtudij ſubterfugiat laborem, an quod alijs inutilibus rebus detineatur. Num quis remouendus videatur, quod proterui, & contumacis ingenij diſciplinam negligat regularem.

Caſuum, quæ apud nos dicitur conferentia, an bis in hebdomada habeatur, & an parati omnes accedant, & qui ſæpius imparati.

De commodis temporalibus, quo ære alieno prematur Collegium; quidue ab alijs Collegio debeatur. Agri, num rectè colantur, qui ſumptus fiant in dies, an inutiles. Ædificia inchoata, vti creſcant: num prouideantur à miniſtris neceſſaria omnibus, & ſingulis. An notula de victu & veſtitu executioni mandetur à Præpoſito approbata: Num ſingulis menſibus Procurator rationem reddat accepti, & expenſi. Litium, ſi quæ ſint, qui ſtatus: an maior Collegialium numerus, minorue pro viribus Collegij. Si quid ab extraneis ſubaudierint notatu dignum, & præcipuè, an domi, foriſq; Superior ab omnibus bene audiat, & è contra particularia ſignificantes, ſi cauſa requirat.

Quidquid tandem præteritorum ſex menſium ſpatio notatione dignum acciderit, etiam ſi hoc ipſum ab alijs intellexerit Prouincialis, nihilominus plenè, & integrè, diſtinctèque ſignificabunt.

Formula literarum, quas Conſultores Prouinciæ ſcribere debent ad Præpoſitum Generalem ſexto quoq; meſe.

CONſultores Prouincialium ſaltem bis in anno Præpoſito Generali ſcribant, initio nimirum Februa-

nequeat, vel poſtquam tractauerit, in quibus ipſi diſſentiant, addita eo caſu vtrinque allata cauſa. In viſitationibus Collegiorum, vti ſe gerat; virtutemne magis, ac magis in ſingulis augere ſtudeat; animaduertatve, vt par eſt, in eiuſdem parum ſtudioſos, & in regularum transgreſſores.

An regulas, ordinationes, aut conſuetudines abroget, nouaſque inducat. An ad perfectioris vitæ normam alios exemplo ſuo confirmet, numve aliquo circa victum, veſtimentum, diuturnoſque labores, & occupationes moderamine egeat.

De cæteris Præpoſitis, & locorum ſuperioribus; quibus ſe detineant occupationibus, qualis eorum adminiſtratio; tam cum domeſticis, quam cum extraneis; qui mores, quæ ſtudia literarum, quæ propenſio in Congregationem.

De officialium electione, an fiat ad præſcriptum; & menſe Auguſto, primus Conſultor notulam tranſmittat Vicariorum, Confeſſariorum ad noſtros audiendos deputatorum, Diſcretorum, Procuratorum, Cancellariorum, & Præfectorum exercitationum ſpiritualium, cuiuſque Collegij ſuæ Prouinciæ; menſe vero Februario, eorum tantum, qui forte mutati fuerint intra ſex menſes elapſos.

De Diſcretis, num bis in anno literas dederint ad Prouincialem, & an plenè ſcripſerint, vt præſcriptum eſt, an zelum bonum habeant cōſeruandæ diſciplinæ Regularis.

De Procuratoribus, an ſingulis menſibus rationes red-

dant, & quæ eorum vita; tum domi, tum foris.

De Operarijs, an in Prouincia desiderentur alij ad messem in vinea Domini. De Concionatoribus; qualiter se gerant, & num admonitione fortè grauiori indigeant.

De Confessarijs, an suo muneri satisfaciant assiduè.

De Adolescentibus, vbi sunt scholæ, quemadmodum in studijs versentur, an aliquis remouendus, vel promouendus ad sacros Ordines.

De ijs, qui omiserint exercitationes spirituales semel in anno præscriptas.

De Nouitijs. An admittantur iuxta maiorum instituta, qui eorum numerus, quæ qualitates, ætatis, natalium, ingenij, pietatis, ac literarum &c.: Si conuersi sint, qua polleant arte, quibus viribus; Quod si pauci sint, veram vtique causam adijciant, & qua ratione augeri posse videantur.

De studijs literarum. An Nouitij separatim maneant; an vigeat disciplina regularis, & mortificatio religiosa; an regulæ seruentur studiorum, an eorum quis excellentis sit ingenij, & virtutis.

De scholis laicorum. An Præfecti trimestres miserint literas ad Prouincialem, & suo muneri respondeant satis; quomodo se gerant Magistri, ac discipuli; num alicui malo adhibenda remedia, an expediat aliquem alio transmittere.

De Conuersis, an regulas suas seruent, & quæ progressus eorum spiritualis habeatur cura; qui adhuc habitum Congregationis non susceperunt, quomodo in Congre-

gatione proficiant. Comiſſi item qui vocantur, quomodo viuant ad leges noſtras.

De Ægrotis, & Carceri mancipatis, an viſitentur, & neceſſaria ijſdem prouideantur.

De Defunctis. Si quid cum laude geſſerint, vel in vita, vel in ipſo obitu, ad præſcriptum Capit. Generalis.

De alijs miniſterijs erga proximos, cuiuſmodi ſunt, Cõgregationes domeſticæ, Chriſtiana cathecheſis; exercitationes ſpirituales bacchanaliorũ, & quadrageſimæ temporibus; quæ in his frequentia, qui fructus; ab Epiſcopis iniuncta munera examinandi, viſitandi, & id generis alia: moneant ſi nouæ conſuetudines à noſtris inducantur, inſtitutis noſtris minus conſentaneæ.

De Collegijs ipſis, ſi quæ ad perfectam formam nondum redacta ſunt, qua ratione id fieri poſſit; ſi quid habent, aperiant. Num ſeſe offerat occaſio noui Collegij fundandi, ſiue miſſionis in propinquas regiones inſtituendæ.

De bono Congregationis nomine apud omnes; ſi qui ſint erga ipſam minus, vel magis animati. Prælati præſertim, ac Principes, quemadmodum ſint erga nos effecti.

De bonis denique temporalibus Collegiorum, eundem prorſus ordinem ſcribendi, qui ſupra Diſcretis præſcriptus eſt, ſequantur.

Et hæc Conſultores Prouincialium, vel omnia, vel præcipua, ſigni ficantes tamen, ſibi in reliquis nihil ſuppetere, quod ſcribant, vt Generalis eorum literis perlectis acquieſcat.

For-

Formula literarum; quas Visitatores Prouinciales, *& eorum socij post visitationem cuiusque Collegij dare debent Præposito Generali.*

VIsitatores, ac Prouinciales eorundemque socij, si qui fortè Superiorum auctoritate extraordinariè delecti sint; visitatione peracta, non modo Decreta, seu monita, vt confirmentur, ad Prepositum Generalem statim transmittant; verum etiam statum Collegiorum, ac personarum accuratè descriptum ordine sequenti.

Notulam primo conficiant singulorum Sacerdotum, Clericorum, Conuersorum, & Nouitiorum cuiuscunque Collegij, expressis, nomine, cognomine, patria, ætate, viribus, annis, in ipsa Congregatione transactis, scientia, arte, officijs, ministerijs, quæ exercuerunt, & in præsentiam exercent.

Præterea dotes, ac conditiones, siue à natura inditæ, siue arte comparatæ describantur, ingenium videlicet, iudicium, prudentia, rerum experientia, in literis progressus, naturalis aptitudo ad speculatiua, siue practica, quibus talentis sit quisque præditus, & in quibus maximè valeat.

De Superioribus, in quibus probentur, & quæ in eisdem desiderantur, item & de cæteris Collegiorum officialibus, tum maioribus, tum minoribus significare ne omittant; præsertim verò de Cancellario, an Acta Collegij, & Capitulorum ad præscriptam formam in libros referat, an inuentaria habeat, tum bonorum stabilium, tum omnium scripturarum ad iura Collegij spectantium; tum in-

stru-

ſtrumentorum, quæ in dies fiunt; & verò etiam librum Viſitationum præteritarum, & benefactorum Collegij.

De Viſitationis præcedentis decretis, tum Capitulorum Generalium, cũ Præpoſiti Generalis, & Prouincialis, executioni mandata ſint.

An exacta votorum trium vigeat obſeruantia. Quod ſi quis circa horum aliquod (quod Deus auertat) grauiter fortaſſe deliquerit, ſcripto parcentes, donec ipſi oretenus referant, opportunam interim, ac præſentaneam adhibeant medicinam.

An regularis, & domeſtica diſciplina retineatur. An matutinum hora debita, & an reliquæ horæ cantentur, & ſinguli interſint. An mentalis oratio ab omnibus, collationes ſpirituales, capitula culparum, exercitationes ſpirituales, caſuum conſcientiæ conferentia, conſultatio cum Diſcretis, de reg. diſciplina, & his ſimilia, ſtatis diebus, & horis habeantur. An mutua charitas, ac animorum concordia inter omnes adſit, ſitne aliqua diſſenſio inter aliquos, & qua ratione reconciliari poſſit: Plures ne in Superiorem conſpirent, ſeù num ex aliquorum conſpiratione licentiæ, alijſue malis aditus aperiatur, & an expediat aliquem aliò transferre; ſiue alium Collegio alicui adiungere.

De Infirmis, ac Valetudinijs, & ſenioribus, qua charitate tractentur. Hoſpites item tam ex noſtris, quam ex ſecularibus, & an forte peccetur in his lautius excipiendis.

De ſtudijs literarum, ſiue publicis, ſiue priuatis, quàm

dili-

diligentissimè scribant omnia, tum peccata, tum remedia, tum progressus, qui fieri possint maiores.

De ministerijs erga proximos apud nos consuetis; an conciones mane, & Vespere; an Congregationes domesticæ secularium; an Christiana Cathechesis; an publicæ exercitationes spirituales; an oratoria, missiones, munera ab Episcopis iniuncta ritè peragantur: & si quæ ad Dei cultum amplificandum prodesse possint singillatim enarrent.

Qui sensus sit Ciuium, & Optimatum de ipso Collegio. Deniquè de temporalibus, ære alieno, & similibus, vt supra dictum est de Discretis. Si quid verò in Collegio, vel in prædijs instaurandum, vel diruendum, vel fabricandum proponatur, aut occurrat, id non voce tantum significabunt Superioribus locorum; verum etiam scripturæ omninò mandabunt, à Præposito Generali, si ita placuerit, confirmandum.

Accepti, & expensi rationes, quas à Collegij Procuratore cum subscriptione Præpositi, siue Superioris, & Discretorum acceperint, clarè, atque distinctè transmittant ad Generalem.

Hæc Visitatores, qui si Discretorum, & Consultorum literarum formulas superius præscriptas diligenter inspexerint; & plenius suo satisfacient officio, & rem nostram melius iuuabunt.

Pro alienatione bonorum stabilium, vel etiam rerum mobilium pretiosarum, quæ scilicet seruando seruari possunt, alicuius Collegij, iuxta sacros Canones, hæc obseruanda erunt ex Decreto Capituli Generalis 1523.

1. PRæpositus localis, conuocato Capitulo, proponat causas legitimas mouentes ad talem alienationẽ, easque singillatim explicet, etiam specialiter quantum fieri poterit; in eoque Capitulo expendantur, maturè, subtiliter, ac diligenter propositæ causæ, si plures concurrunt: exquiratur postmodum, an expediat deuenire ad huiusmodi alienationem, quæ similiter declaretur, cuius speciei illa sit, puta venditionis, permutationis, vel locationis ad longum tempus, aut etiam emphyteuticæ concessionis, nec non & pretij pro ijs ad summum oblati, vel quod vendi possit; quibus actitatis, ac discussis, iisque singillatim redactis in scriptis, dentur suffragia per calculos de more pro primo tractatu.

Si tamen ob necessitatem facienda proponatur alienatio; videndum prius erit, an possit aliquo alio modo necessitati occurri, puta fructibus, redditibus, vel mutuo accepta pecunia, vel pignore, vel censu vitalitio, vel alia ratione, quod si non possit, id etiam explicandum erit in ipso tractatu.

Quod si de vtilitate euidenti, vel de re incommoda, vel damnosa alienanda agatur; obseruetur, num, quæ vtilia videntur, tractu temporis, breui tamen, & admodum verisimiliter, consideratis circunstantiis, minus vtilia reddi possint; vel è contrario, quæ in præsenti incommodi-

moditatem præseferunt, post aliquod tempus vtilia reddi queant.

Si de emphyteusi concedenda agatur, videndum erit, an renouatiua tantū inuestitura opus sit, eo quod res alias fuerit concessa eo modo, aut verò de nouo sit concedenda; & hæc prout fuerint, pariter explicanda.

Si de venditione, seruetur, quod iure communi statutum est, vt ad consequendum pretium plus offerenti, de more exponantur cedulæ, vbi scilicet id est in vsu.

2. Post primum hunc tractatum, à Superiore locali literæ dentur ad adm. R. P. Præpositum Generalem nostrū, cui singillatim omnia exponantur; intentioque Capituli de huiusmodi alienatione facienda; & antequam ad vlteriora procedatur, eiusdem Præpositi Generalis responsio expectetur; qui quidem si ità expedire iudicauerit, per priuatas literas vni, vel pluribus ex nostris, etiam alterius Collegij, committet; qui etiam de consilio extraneorum benè peritorum, si opus fuerit, omnibus consideratis, videant, & referant eidem Præposito Generali, quid de huiusmodi alienatione sentiant.

3. Quod si ad eam deuenendam iudicetur, Præpositus localis duobus aliis distinctis diebus, secundum, & tertium tractatum cum eodem Capitulo paragat, easdem causas proponens examinandas; ac etiam nouas, aliaque opportuna, si quæ occurrerint; vt detur spatium conueniens ad ritè, rectèque deliberandum; in quibus tractatibus discussio habeatur, an vtilis euidenter, vel necessaria sit talis alienatio, & de more, sicuti in primo, suffragia

den-

entur; & resolutio inter acta Capituli per Cancellarium di.
genter adnotetur; quibus fides merito adhibēda erit, iuxta
decreta Constitutionum nostrarũ, cũ illas edere opus erit.

4. Literæ postea capitulares conficiantur, in quibus
causæ ad alienationem mouentes inserantur, summatim
tamen, & breui cum relatione ad tractatus de ea re habi-
tos, quorum exemplaria subscripta à Præposito, & Col-
legii Cancellario, distincta tamen à literis, eodem tem-
pore transmittantur, vt omnia seruentur in eiusdem Ar-
chiuio simul cum literis prædictis: ipsarum verò litera-
rum conclusio, seu petitio poterit in hunc ferè modum
absolui, nempè, post explicatum, quid sentiat Capitulum,
subiungere in hæc verba: Quapropter, vt ad huiusmodi
contractum venditionis, permutationis, locationis ad lon-
gum tempus &c. deuenire possimus à P. V. Adm. Reu. li-
centiam, pro Constitutionum nostrarum obseruatione, his
nostris humiliter petimus; & si maiori auctoritate opus
esse iudicauerit, vt mandet Procuratori Generali, qui in
Curia Romana, illam quàm primum expensis huius Col-
legii procuret. Tandem acceptis his literis, Præpositus
Generalis, expensis causis, cum suis Assistentibus, & de
eorundem consilio, si ità expedire iudicauerit, aut faculta-
tem, quam habet tribuet; aut si maiori auctoritate opus
sit, de illa obtinenda, quod in Domino magis expedire iu-
dicauerit, deliberet: qua accepta, & non antea, conficiatur
Instrumentum, in eoque eadem facultas inseratur, & an-
tequam notarius accedat legantur præsentibus tantum Pa-
tribus, quæ ille scripserit.

Pro extrahendis tribus tratactibus Capitulo rum vide formulam supra positam pag.36.

Formula pro alienatione fundi , census , redditus, vel rei pretiosæ . Tit. vt supra pag.3.

B. P. Ad æs alienum scutorum, seu librarum *tot* imperialium, contractum ex acquisitione(*exprimatur res acquisita*) *vel* ex necessario, & coridiano victu, & vestitu, ob sterililatem anni præteriti , *seu alia causa* , *quæ exprimetur* , dissoluendum , quò Collegium nostrum præmitur , atque vrgetur (*exprimantur causæ vrgentes*) : re in Capitulo nostro diligenter semel , iterum , ac tertio perpensa, nulla potior via visa est , quàm si prædium nostrum in Villa.N.appellatum N.perticarum. . . *vel alterius mensurę* , valoris scutorum . . . , & ex quo percipiuntur annui fructus scut. vendatur , cum pacto redimendi , pretio oblato à D. N.libra.Imper . . . ; cum, facta debita deligentia expositis cædulis de more, nullus plus offerens comparuerit,(*vel* domus in hac Ciuitate,in Parrochia Sancti N. valoris &c.pretio librarum &c., *vel* census in bonis N.N. scutorum septuaginta annuorum,& mille sortis principalis constituatur; *vel* redditus scutorum 50. qui quotannis super Datio vini à Communi Vrbis Mediolani nobis persoluitur, alienetur ; *vel* nonnulla vasa argenti cælati, quæ parum vsui Ecclesiæ omnium iudicio esse putantur, valoris circiter aureorum quingentorum , dissoluantur , aut vendantur,vel alienentur;) Cumque tres super hoc negotio tractatus apud nos habiti sint, & ad P.V. iam trasmissi; vt ad supradictum contractum deuenire possimus à P. V.

A.R.

A.R.licentiam pro Conſt.noſtrarum obſeruatione his noſtris humiliter petimus; & ſi maiori authoritate opus eſſe iudicauerit, vt mandet Procuratori Generali, qui in Curia Romana illam, quam primum expenſis huius Collegij procuret Dat.

Subſcr.Præpoſ.& Cancell.,& apponatur ſigillum.

Pro permutatione bonorum Collegij cum alia Eccleſia.Tit.vt ſupra pag.3.

B.P.Expedire Capitulo noſtro viſum eſt, duas noſtras proprietates perticarum in totum 50. ſitas in loco Noueti, cum alijs RR. Monialium Sanctæ Claræ huius Ciuitatis N. perticarum 47. permutare. Quod quidem in euidentem ambarum partium vtilitatem cedere infraſcriptis rationibus perſpicuum eſt. Primò, quod altera noſtra proprietas dicta la Stalletta, perticarum 40. à Sicale, multum diſtat ab alijs noſtris bonis, eſtque ideò perceptionis tantum librarum 54. eſt autem Capſinæ dictarum Monialium vicina, e contra verò earum bona ſunt noſtris contigua, immo intermixta, à ſuis autem diſtantia. Secundò, quia licet bona Monialium ſint melioris fundi; cum duæ ex tribus partibus frumentum producant; tamen propter aquarum noſtrarum prope decurrentium inundationem, ferè nullos ex eis fructus percipiunt; nos verò noſtris aquis ea omnia irrigantes, fœnum, & horizam ex eis percipiemus. Accedit, quod nobis non quidem neceſſarium, ſed perutile eſt per dictas earum proprietates, aquas noſtras ad molendinum ducere, quod ab ipſis propter earum

dam-

damnum aliter impetrare non possumus. Denique id futurum in vtriusque partis vtilitatem constat ex testibus à Perillustri, & Reuerendiss. Vicario Generali, (qui loca præsens inuisit) examinatis, peritorumque confidentium ab vtraque parte electorum iudicio, qui etiam nostras proprietates æstimarunt esse valoris librarum 1730. Monialium verò librarum 1740. computato arborum pretio. Quare decem librarum ipsis Monialibus soluto augmento, perticas 47. meliores, vicinas, & nostris insertas, & irriguas habebimus; loco ferè totidem perticarum distantium, & paruæ perceptionis. Quibus rationibus maturè consideratis, & tribus vicibus super hoc negotio congregato capitulo, & præmissis tribus tractatibus, quorum acta P. V. iam transmissa sunt, nobis videtur in euidentem cedere Collegij nostri vtilitatem; si ad supradictæ permutationis contractum cum memoratis Monialibus, seu eorum Agentibus, debitis solemnitatibus accedentibus deueniamus; quod vt legitimè fiat, facultatem pro obseruatione Constitutionum nostrarum à P.V. Adm.R. humiliter postulamus, & si maiori authoritate opus esse iudicauerit, rogamus, vt mandet Procuratori Generali, qui in Curia Romana illam quamprimum expensis huius Collegij procuret. Dat.

Sub Præp. & cum Sigil. Cancell.

Pro permutatione cum laico.

Tit. vt supra pag. 3.

B. P. Possidet Collegium nostrum in Agro Oppidi N. N. prædium longè ab alijs seiunctum, ac propterea

ad colendum valdè incommodum, quod dicitur N. (*exprimatur valor prædij, & annuus prouentus*), modiorum, siue perticarum, *vel alterius mensuræ*. E contra Dominus N.N. eiusdem Oppidi habet in eodem territorio prædium, *siue* vineam, *vel* pratum possessionibus nostris coniunctum, *vel* proximum, quod dicitur N. modiorum, *vel* perticarum . Qui quidem Dominus N.N. exhibet se, suum cum nostrum commutaturum, negotio vnius, vel duorum amicorum in ea re peritorum iudicio, atque examinationi commisso; In quo si differentia aliqua valoris intercedat; alter alteri pecunia, vel parte alterius prædij vicinioris compenset; quæ cum in Capitulo nostro semel, iterum, atque tertio distinctis diebus super hac re congregato, & tribus tractatibus habitis sint maturè examinata, & à PP. seu à DD. valde in hac re peritis commendata, & approbata; vt ex eorum fide, & tractatuum exemplaribus, quæ cum his literis ad P. V. adm. R. mittimus, ac propterea à Patribus Capitularibus in Collegij vtilitatem fore censeantur; vt ad supradictæ permutationis contractum, ad præscriptum sacrorum Canonum, & Constitutionum nostrarum deuenire valeamus P. V. A. R. decreto facultatem his nostris, si ita placuerit expetimus; & si maiori authoritate opus esse iudicauerit, humiliter rogamus, vt mandet Procuratori Generali, qui in Curia Romana illam quamprimum expensis huius Collegij procuret. Dat.

Sub Pręp. & cum Sigill. Cancell.

Pro

Pro alienatione, iure luendi reseruato. Tit vt supra pag. 3.

B. P. Ad satisfaciendum Ambrosio N. ex mutuo, *vel* ex legato, D. N.N. cuius hæreditas ad nos delata est, cuiusque solutionis dies iam cessit: *vel* ad perficiendam Ecclesiæ nostræ constructionem, quæ iam in summo est (*vel ad aliam quamcunq; causam hic exprimendam;*) eget Collegium nostrum summa aureorum mille: cumque ex tractatu Capituli ea de re diligenter habito, nulla alia commodior cogendæ pecuniæ ratio nobis extare visa sit, quam si domus, vel pars domus nostræ in Parochia Sancti N., Portæ N. huius ciuitatis sita, (*exprimatur valor Domus, & annus prouentus,*) Domino N.N. qui se illam eodem pretio empturam pollicitus est, nec alius, post diligentem inquisitionem, etiam cædulis expositis, qui plus offerret inuentus sit iure luendi nobis ad annos *tot* reseruato, vendatur: eademque domus, vel pars, vt supra, pacta pensione quinquaginta aureorum ab eodem per idem tempus, & vlterius, si contingat ius luendi produci, conducatur. Ad huiusmodi contractum per Ecclesiasticas sanctiones exequendum, facultatem nobis à P. V. A. R. ad quam exemplaria trium tractatuum ea de re habitorum cum his nostris transmittimus, si ita libuerit, exposcimus, & si maiori authoritate opus esse iudicauerit &c. vt supra.

Pro extractione locorum montium.
Tit. vt supra pag. 3.

B. P. Fruitur hoc Collegium in Monte subsidij Ferrariæ locis vacabilibus, *vel* non vacabilibus decem, olim

olim pecunia ex legato N.N. *vel* ex eleemosyna: *vel* ex multiplicatis fructibus similium locorum; *vel aliter* comparatis. Cum autem multo ære alieno grauetur idem Collegium, maxime erga D.N.N. sub fœnore etiam pro quolibet centenario: ad illud exsoluendum: *vel* ad perficiendam Ecclesiæ nostræ fabricam: *vel* (*ad aliam hic exprimendam causam*) omnino necessaria hoc tempore videtur, saltem scutorum aureorum quingentorum summa. Itaque è re Collegij esse censuit Capitulum nostrum, si in eam causam quinque ex prædictis locis extrahantur; cum alia nunc vtilior ratio non suppetat; de quo studiosè actum est in cap. nostro, tresque tractatus habiti, & iam ad P. V. transmissi: Vt id autem legitimè, iuxta maiorum decreta per nos præstari liceat, facultatem à P. V. Adm. R. his nostris summissim postulamus, & si maiori authoritate opus esse iudicauerit, rogamus, vt mandet Proc. Generali &c.

Ad idem alio modo.

Tit. vt supra pag. 3.

B. P. Ad æs alienum scutorum quingentorum exsoluendum, quo grauatur hoc Collegium erga D. N. N. sub fœnore octo pro quolibet centenario: *vel ad aliud quidpiam, vt supra*, nulla magis opportuna ratio sese nobis obtulit; quam si in eam causam quinque ex decem locis Montis subsidij Ferrariæ, quæ possidet hoc Collegium extrahãtur; qua de re tribus tractatibus distinctè habitis in Capitulo nostro diligenter actum est; quorum exemplar ad P. V. Adm. R. cum his nostris transmitti-

mus. Quod vt ritè, & iuxta sacras sanctiones nobis perficere liceat, facultatem ab eadem P.V. Adm. R. his nostris deprecamur, & si maiori authoritate opus esse iudicauerit, rogamus humilime, vt mandet Proc. Gen. &c.

Pro constitutione Census perpetui,
Tit. vt supra pag. 3.

B.P. Cum magna nunc temporis necessitate premamur perficiendæ fabricæ Ecclesiæ nostræ, ad extremam iam manum redactæ: *vel* satisfaciendi Domino N N. pro summa scutorum aureorum mille, quæ ei à nobis debentur ex causa &c. (*hic exprimenda*) cuius obligationis iam dies aduenit: omnium votis in Capitulo auditis, ac tribus Tractatibus super ratione comparandi dictam pecuniam diligenter habitis; omnium potissima visa est, si annuus census perpetuus aureorum septuaginta in prædijs nostris agri N. maxime super prædio nuncupato N. perticarum *tot*, & prato nuncupato N. perticarum *tot*, valoris scutor. *tot*, & annui fructus lib. *tot* constituatur; illeque Domino N.N. vendatur, qui pretio scutorum aureorum mille, se coempturum promisit. Ad quem contractum legitimè conficiendum, authoritatem P. V. A. R. ad quam cum his nostris exemplaria præd. tractatuum transmittimus, humiliter imploramus. Quod si maiori authoritate opus esse iudicauerit rogamus, vt mandet Procuratori Generali, qui in Curia Romana illam quam primum expensis huius Collegij procuret. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Pro constitutione Census Vitalis, seu Vitalitÿ.
Tit. vt supra.pag.3.

B.P. Exhibet se Dominus N.N. ætatis annorum lx., pretio aureorum quingentorum annuum censum aureorum quinquaginta per nos constituendum, sibique in vita sua, & non vltra, quotannis persoluendum, comparaturum. Qua quidem pecunia cum plurimum egeat hoc Collegium ad æs alienum extinguendum, quo sub fœnore octo pro centum tenemur erga Dominum N.N. *siue* ad prosequendam, vel perficiendam Ecclesiæ nostræ fabricam: *siue ad aliam quamcunque causam hic exponendam*: actum est in Capitulo nostro, an oblatam conditionem acceptare expediat: & ea demum sententia obtinuit; maxime, quod prædictum censum per plures annos præstare posse Collegium nostrum arbitrati non sumus. Ad quem perficiendum P.V.A.R. authoritatē his nostris deprecamur. Quod si maiori authoritate opus esse iudicauerit &c.

Pro locatione in Emphyteusim.
Tit. vt supra pag.3.

B.P. Possidet Collegium nostrum in territorio N. prædium quoddam appellatū N. valoris scut. *tot*, & ex quo Collegium recipit annuos fructus scut. *tot* ab aljis possessionis nostræ N. longè remotum: *vel* ita agreste, & infructuosum, vt vix qui illud exercere velit, inueniatur. cum autem N.N. eiusdem Oppidi illud in vita sua; *vel* in tertiam generationem: *vel* in perpetuum pro se, & quibus dederit; *vel prout conuentum fuerit*; in Emphyteu-

tim ad conserendum vitibus, *vel* plantis; *vel* omnino melius efficiendum se se conducturum obtulerit, pacto cum eo canone scutorum *tot*: *siue* tertiæ, *aut alius* quotæ partis fructuum quotannis persoluendorum : ita vt si per biennium, *vel* triennium à solutione cessauerit, iure inuestituræ cadat. Hæc omnia delectis prius duobus Patribus, qui accuratè in rem inquirerent, ac referrent; nec non etiam diligenti inquisitione facta ad inueniendum, qui plus offerret, nec alius comparuerit, qui meliorem faceret cõditionem, cum in capitulo tribus tractatibus habitis fuerint examinata prout ex tribus tractatibus ipsis, quorum exemplar ad P.V.A.R. cum his nostris mittimus, cognosci potest; Vt Collegio vtilia probata, iuxta sacros Canones rite peragantur, authoritatem suam velit accommodare P. V. A. R. rogamus, ac petimus; quod si maiori authoritate opus esse iudicauerit &c.

Pro emptione. Tit. vt supra. pag. 3.

B. P. Extant apud nos, *siue* apud N.N. donec à nobis in aliquem fundum insumantur, deposita aurea scuta quinquaginta, ex legato D. N.N. siue eleemosyna; *siue* ex alienatione &c. *siue* ex fructibus multiplicatis &c. Collegio acquisita; quæ quidem, ne otiosa permaneant, *vel* vt obligationi pecuniam sacram rectè expendendi satisfaciamus; re cum Capitulo communicata, vtile in Domino fore censemus, si illa in emptione prædij, *siue* domus, *siue* reditus Cameræ, *siue* locorum montium collocentur. Ad quod efficiendum, authoritatem P.V.A.R. his nostris exquirimus, ac precamur. Dat.

Sub Præp. & cum Sigill. Cancell.

For-

Formula literarum capitularium pro obtinenda facultate acceptandi obligationes Missarum perpetuarum.
Tit. vt supra: pag. 3.

B. P. Cum Dominus N. N. (*si sit ex legato exprimatur*) nobis offerat de præsenti scuta *vel* capitale consistens in domo, *vel* prædio (*describatur illius situs, demensio, valor, & annuus prouentus*) cum onere Collegio Missarum in nostra Ecclesia, ad Altare S. N. singulis annis in perpetuum celebrandarum: Hinc est, quod in Capitulo nostro die mensis anni congregato, & in quo fuit supradicta exhibitio proposita, conclusum fuit, fore vtile, si dictum onus à nobis acceptetur, præcipuè cùm obligationes perpetuæ, quibus iam grauatur Collegium, non excedant numerum Missarum (*ponatur illarum numerus*) singulis annis in perpetuum celebrandarum, & dictum capitale (*si sit ex numerata pecunia, exponatur in quo fundo hæc inuestietur; sacra enim Congregatio pro huiusmodi obligationibus exigit fundum fructiferum, nouæ adeptionis, & liberum, & ex quo proueniat pro qualibet Missa perpetua, eleemosyna multò maioris emolumenti, quam quæ percipitur ex Missis, quæ dicuntur manuales*) redditurum sit Collegio annuum fructum librarum : Quare his nostris opportunam facultatem dictam obligationem acceptandi, à P. V. A. R. humiliter petimus, eiusdem confirmationem à Cap. Gen. primum celebrando, quo ad perpetuitatem postulaturi. Datum &c.

Sub Præp. & cum sigill. Cancell.

For-

Formula pro facultate concedendi Ius Sepulturę; siue Altaris. Tit. vt supra pag. 3.

B. P. Postulat à nobis Dominus N. N. (*dicatur si sit de Collegio, vel Ecclesia benemeritus*) concedi sibi (*si alijs, vel toti Familię, & Successoribus in perpetuum, exprimatur*) Ius Sepulturæ in hac Ecclesia nostra (*describatur locus, & si de Altari concedendo agatur, explicetur si iam constructum, & ornatum, vel non: cui Sancto dicatum, vel dicandum, & quanti ęstimetur: & pariter si cum iure sepulturę*) pro quo exhibet summam scutorum . Cumque id in Capitulo nostro fuerit propositum, vna fuit omnium sententia, fore vtile, & decorum Ecclesiæ nostræ, & Collegio, si eadem oblatio acceptetur, & si dictum Ius &c. præfato Domino N. N. concedatur: Cuius rei opportunam facultatem à P. V. A. R., si ita libuerit, pro nostrarum Constitutionum obseruatione humiliter his nostris petimus. Dat. &c.

Sub. Præp. & cum Sigill. Cancell.

Ratio scribendi Acta Collegiorum.

PRimò. Notentur primordia, & iura Collegij; nempe qui fuerint fundatores; qua occasione locus acceptatus, an emptus, vel donatus; quando, & per quos nomine Congregationis adepta possessio, tam Collegij, quàm Ecclesiæ; qui primum ei assignati fuere; an Collegium cum Præposito constitutum; quando Ecclesiæ promulgata possessio ad præscriptum Decreti Gregorij Papæ XIII., qui reditus annui; qui census; quæ pensiones, vel onera Ecclesiæ, vel Collegio incumbentia.

Ad

Ad initium officij cuiuſque Præpoſiti notentur nomina ſingulorum Collegialium, & item cognomina, ordine profeſſionis ſeruato.

Deinde electiones officialium Collegij, tùm maiorum, tùm minorum.

Conſeruatoris item electio in hoc libro recenſenda eſt.

Referantur in Acta, Eccleſiarum, Altariumue ædificia, inſtauratio, conſecratio, Sacrarum Reliquiarum adeptio, vel translatio.

Inſignes picturæ, ſi quid aliud inſigne, vel ad Eccleſiaſticam ſuppellectilem, vel ad ædis ornamentum acceſserit.

Campanæ quando fuſæ, vel emptæ, vel conſecratæ.

Ius ſepulturæ in Eccleſia noſtra quando, cur, & quibus datum.

Priuilegia, & indulgentiæ, quando Eccleſiæ, Collegioue conceſſæ.

Fabricæ tùm vrbanæ, tùm ruſticæ.

Clericorum ordinationes ſacræ, quando, vbi, per quos factæ.

Primæ Miſſæ celebratio.

Confeſſariorum, & Concionatorum approbatio.

Concionandi munus certo tempore, vel loco exercitũ.

Inſignes cuiuſque actiones, iudicio Præpoſiti, & Diſcretorum.

Viſitationes Præpoſiti Generalis, & Prouincialis, & Viſitatorum.

Præcepta ſi fiant à Superioribus. Decreta, & literæ, quæ publicè legi mandantur.

Piæ

Piæ Laicorum Congregationes, & Sodalitates, quando apud nos institutæ.

Legata rerum insigniũ, siue mobilium, siue immobiliũ.

Describatur præterea, quando, & vbi celebratum est Capitulum Generale, & Prouinciale, & quis Præpositi socius ad illud profectus; quis Præpositus Generalis electus, & quis Collegij Præpositus.

Mutationes loci, quæ fratribus in Collegio contigerint.

Si quis à Collegio sine Superiorum licentia discesserit.

Obitus fratrum nostrorum; non autem illorum, qui in alijs nostris Collegijs obierint. In quo breuiter, plenè & sincerè referatur, si quid erit in Defuncti vita, vel morte, quod ad gloriam Dei, bono posteris exemplo esse possit. Vid. Mon. Capit. Gener. 1620.

Petitiones eorũ, qui in Congregationẽ ingredi cupiunt.

Nouitius quandiù, & quomodo approbatus, & missus ad Nouitiatum.

Professionem fidei, quam in manus Præpositi, siue Generalis, siue Prouincialis emisit, vel Nouitius paulò ante professionem, vel professus ante publicas functiones, ad præscriptum Concilij Tridentini.

Professionem votorum solemnem Cancellarius Collegij notet ad rationem præscriptam in lib. Rituali professionis faciendæ.

Si verè literarum Scholę fuerint; notabitur, quando cuiuscunque scientiæ cursum quis inceperit, & confecerit; quãdo Magister cõstitutus; quãdo positiones quis publicè defendit; si quis à studijs ad alias exercitationes reuocatus.

Hæc igitur omnia, & si quid aliud,quod ad Collegium pertineat notatu dignum esse visum fuerit, ordine digesta cum die, mense, anno, & loco,nominibus, & cognominibus ita referantur, vt quæ sub quolibet Collegij Præposito gesta fuerint,plenè constet.

Minutiora verò, leuioraque,non in actorum libro, sed in alio libello separatim notari debent.

Quæ in Collegij Capitulo agi contigerit, cùm in alio bro, acta Capituli inscripto, plenius explicata debeant contineri, ex iis nonnulla tantum paulo grauiora, præsertim, quæ ad contractus pertinent in hoc actorum libro;quatenus opus fuerit,commemorabũtur;vt rerum stabilium acquisitiones,alienationes,permutationes,emphyteuticæ locationes: & Cancellarius, antequam aliquid notabile scribat in lib. Act. Collegij,tenetur illud scribere in folio separato, & ostendere Superiori, & Discretis, vt ab ijsdem prius approbetur.

Cæterum curabit Præpositus,vt puro stylo, bonoque charactere diligenter omnia conscribantur,& in fine anni à Cancellario subscribantur.

Vide etiam formulã Actorum insignium infra pręscriptam, in qua multa habentur, quæ ad hæc Acta Collegij plenè scribenda valde conducunt.

Ratio scribendi Acta Capitulorum localium.

CVm primum in alicuius Collegij, domusue possessionem ventum fuerit,ibique Præpositus,vel Superior constitutus,primo capitulo habendo, locus, notariorum more,ita describatur,vt deinceps,vbi id actum fuerit

dignoſcatur;qui ſi mutari contingat, per inde fiat: Poſtea verò dicere ſufficiet,loco conſueto.

Vocales omnes ſingulis capitulis numerantur, à Superioribus ad inferiores, profeſſionis ordine in ſubditis obſeruato;nomine,ac cognomine omnium expreſſo;& adiecta dignitate Præpoſiti, & item Viſitatoris, Procuratoris Generalis, & ſimilium; ſi eos adeſſe contingat,& officio Vicarij;ipſiuſque Cancellarij.

Si quis eorum,qui adeſſe debent,abſuerit,notetur breuiter abſentiæ illius cauſa,Præpoſiti maxime,quo caſu is ſpeciatim nominãdus erit,qui eius vices gerensCapitulũ indixit.

Cum quis nouus Collegialis Sacerdos aduenerit, ac quadriennio à profeſſione exacto,aut Superiorũ forte priuilegio, vocem obtinuerit, de eo propria mẽtio habeatur.

Si Præpoſitus Prouincialis, aut Generalis Capitulo interuenerit;autNotarius,aliuſue àCapitulo,puta ad inſtructionem admiſſus;poſtea dimiſſus fuerit,diſtincte notetur.

Addatur deinde, quod in Capitulo propoſitum ſit ſiue à Superiore,ſiue ab alio,eiuſdem mandato,vel conſenſu.

Quæ in Capitulo aguntur,ſiue ſuffragijs firmentur, ſiue non,omnino in librum referantur.

Si cui teſtimonium de vita,& moribus datum,negatum ve fuerit;ſi item iuramentum ad præſcriptum decreti Capituli Generalis acceſſerit,pariter conſcribatur.

Rationes hinc inde allatæ, præcipue magni momenti, quæque ad illarum rerum agendarũ prodeſſe poſſunt, adnotandæ erunt.

Si quid ob grauitatem rei,antequam diſcutiatur,propoſitum fuerit,id prænotetur. Si

Si de re magni momenti, puta emptionis, alienationis, fabricæ, ac similium in Capitulo quid constitutum sit, cuius euentus ad posterorum cognitionem intersit; post actum illud subscribatur, vel ad librum actorum Collegij lector remittatur, si in illum relatum sit.

Si quid per Notarij publici instrumentum actum sit, consignetur Notarij nomine, cognomine, patria, habitatione, dieque, & anno descripto.

Negotijs quibuscunque per suffragia rite stabilitis in Capitulo locali, capitulares omnes interesse, & consentire teneantur stipulationi à Notario faciendæ; etiam ij, qui in Capitulo ab alijs discordarint: teneantur autem omnes iurare, & possunt compelli imposita pœna ijs, qui iurare nolunt, arbitrio Superiorum, pro modo culpæ ex Dec. Capituli Generalis anni 1623.

Negotio cōficiēdo si qui tū ex nostris, tū ex alijs delecti fuerint; quæq; illi postmodum retulerint, connotanda erūt.

Scribantur electiones Officialium, quæ à Capitulo, siue per nominationes, & suffragia fiunt, puta Discretorum, & Cancellarij; siue per nominationes tantum, puta Procuratoris, siue voce, vt Præfecti ægrotorum, & præterea, si cui alteri ex Patribus ad præscriptum Const. cura ægrotorum mandata sit.

In electione socij ad Capitulum Generale, & Prouinciale profecturi, singillatim notentur vocales, qui triginta annos nati sunt, quique secus, & qui ab alieno Collegio decretorum iure aduenerint.

Cum aliquod Const. capitulum, vel pars eius, aut aliud

quidpiam,tum ad electiones, tum ad aliud quid ritè præstandum,prælectum fuerit,de eo notatio fiat.

In electionibus,quæ per iuramentum fiunt,illud ab omnibus ritè præstitum esse narretur;deinde factam per consuetas schedulas nominationem,postea lata suffragia;& si prima vice nullus maiorem suffragiorum partem obtinuerit;addatur iterum ex ordine data esse suffragia; & talem electum,qui maiorem suffragiorum numerum tulerit, vel ad illum propius accesserit, vel in pari numero prælatum esse qui professione præcesserit.

Exprimendi etiam scrutatores professione antiquiores, siue vnus accesserit, cum numerus Vocalium minor est nouem; siue duo, cum plures, & ab eis iusiurandum emissum.

Si quę ad Capitulum Generale deferre placuerit, ea singillatim in Capitulo proponenda,eodemque ordine in librum,prout de his per suffragia affirmatum,vel negatum fuerit,describenda erunt:ea item, quæ postmodum ab eodem Capitulo Generali ad Collegium spectantia rescripta sunt.

De literis etiam Capitularibus ad Prouincialem, vel Generalem datis, eorum responsionibus, in hoc libro mentio fiat.

Absente Cancellario, Superior alterum eius loco substituat, qui de substitutione ipsa fidem faciat, cunctisque actibus libello aliquo per se rescriptis se subscribat; Cancellarioque reuerso tradat, qui ea omnia,prout iacent libro actorum mandabit,eius nomine, ac cognomine adnotatò,qui partes eius peregit.

In

In fine officij quotannis Cancellarius ſubſcribat, vt firmet acta Capituli, ab initio ſui officij, vſque ad renouationem Officialium; & deinceps eodem modo, ſi rurſus eligatur in Cancellarium.

Ratio ſcribendi librum Benefactorum.

QVod æquiſſimo, ac pijſſimo Conſt. noſtrarum decreto, de fvndatorum, ac benefactorum nominibus ad participationem meritorum, eiuſque gratiam habendam, ac referendam perpetuæ memoriæ tradendis, ſancitum eſt; id vt rectè, cumulatè, atque in tempore ſeruetur, diligenter curent, cum Præpoſiti, ac Superiores omnes locorum, tum verò id etiam Viſitatores, ac Prouinciales in Viſitationibus animaduertant, ac recognoſcant.

In hiſce monumentis non ſolum præcipui Collegij fundatores, qui ſanè primas obtinere merentur laudes: ſed etiam, qui eiuſdem pij operis participes fuerint, recenſendos ducimus.

Benefactores item non modo, qui re, vel pecunia, ſed & qui actione, officio, gratia, aut fauore, quique non tantum per ſe, ſed & qui aliorum opera, ac ſtudio de nobis benemeriti ſunt.

Porrò eorum præcipua memoria habenda eſt, qui ad participanda merita bonorum operum, ſiue quæ in tota Congregatione, ſiue quæ in Collegio ipſo, de quo agitur fiunt, de Præpoſiti Generalis conceſſione recepti ſunt: ſi modo in idem Collegium benefici fuerint.

Beneficij ratio ſummatim explicetur; ita vt omnes intelligant, quare quis in numero benefactorũ recenſitus ſit.

Ea

Ea verò esse poterit, si fundarit Collegium; si Capellam extruxerit, dotaritue; si hæredes nos instituerit; si legatum in testamento reliquerit; si viuens prædia, vel domos donauerit; si Ecclesiasticam supellectilem, vel Bibliothecam insigniter auxerit; si certam eleemosynam quotannis errogauerit; si gratis operationem suam puta Aduocati, Procuratoris, Notarij, Medici, & huiusmodi pluribus annis nauauerit.

Quæ leuioris momenti esse videbuntur, puta si de re pecunia æstimabili agatur, summam minorem quinquaginta aureis referendam non putamus, quod de cæteris pari ratione accipere oportet.

In vnoquoque benefactore commemorando, temporis ratio habeatur, nempe quo res, opusque ipsum collatum est, non autem maioris, vel minoris dignitatis personæ, aut quantitatis beneficii, nisi si forte eodem tempore plures contulerint. Quod si quis iterum, ac tertio, sæpiusue officia, ac merita multiplicauerit; perinde temporis ordo vbique seruetur: ita tamen, vt nouissimo loco, de eodem superius actum esse significatione aliqua declaretur.

Illud qnoque par erit, vt benefactores, quibus hisce actis gratiam referre studemus, si non omnes, præcipuos saltem breui elogio pro meritis prosequamur; maximè verò, si quis eorum dignitate præfulgeat; vel si præclarè aliquo se in munere gesserit; vel animi excellentia, aut virtute, vel familiæ genere emineat: plurimum enim refert, non quid doni tantum, sed à quo in nos peruenerit, intelligere.

Latino sermone acta hæc scribenda erunt, eaque optimo

mo charactere, ac libro ad perennitatem accommodato, cuius initio, præfatio aliqua præscribatur, qualis ea est; quæ iam ad Collegia transmissa est. Porrò styli forma aptissima illa visa est, quatenus imitatione assequi quis valuerit, qua Valerius Max. in exemplis vtitur.

Quapropter curet Præpositus, vt per Cancellarium Collegii, aut, si is fortè minus sufficiens videatur, per alium magis in eo genere probatum, cum sors tulerit, singulorum beneficiorum monumenta ritè exarentur; vel saltem vulgari lingua quoquomodo scripta, integra tamen seruentur; donec alio magis idoneo opus committatur: omnino priusquam in acta referantur, scriptum ipse vna cum Discretis comprobet.

In Collegijs, vbi nihil horum hactenus effectum est, in eam rem diligentiam suam conferat Præpositus; vt ex anteactis Collegij, seu capitulorum, ac rationum libris, & omnino quantum præteritarum rerum memoria consequi possit, colligantur omnes, qui de Collegio benemeriti sunt; & eorum omnium liber quamprimum conficiatur: vbi verò aliquid, sed imperfectè actum est, ad præscriptam normam dirigatur.

Formula actorum insigniorum cuiuscunque Collegij ad Capitulum Generale deferendorum.

IN primis curet Præpositus localis, vt scribantur in libris, quos vocant Capitulum, Actorum, & Benefactorum Collegij, quæ in dies accidunt ad rationem præscriptam, sincere, fideliter, distinctè, & clarè, iuxta titulos aliàs notatos; cum ex his desumenda sit actorum descriptio ad Capitulum

pitulum Generale deferenda, ex Decreto Capituli Generalis anni 1611.

Proximè verò ante Capitulum Generale, Cancellarius localis consulto Præposito, & Discretis exaret hoc modo, siue latina, siue communi lingua, arbitrio Cancellarij.

Titulus erit: Acta Collegij S. N. quæ acciderunt in triennio Superiori, ab anno ad annum Præposito, seu Præpositis N. & N. Collegium administrantibus.

Ordo rerum hic esse poterit; vt prius spiritualia commemoret, quam temporalia, nimirum.

De fabrica Ecclesiæ, Altarium, eorundem consecratione; campanarum benedict.; imaginibus; nobilioribus sepulturæ iure dato; ornamentis intra Ecclesiam; cœnotaphijs virorum illustrium.

De Sacristiæ paramentis; eiusdem preciosiori aurea, vel argentea suppellectili.

De priuilegijs Altarium, Indulgentiis, Stationibus, deputatione fortasse inter Ecclesias septem; si quæ data, vel reperta sanctorum corpora; Reliquiæ, de eorum translatione solemni.

De functionibus Ecclesiasticis, concionibus, mane, vel vesperi; exercitationibus spiritualibus ante Quadragesimã; festis solemnibus; Eucharistia generatim distributa; Missa solemni, aut priuata Prælatorum; de oratione stata, vel alio titulo 40. horarum; De Doctrina Christiana; Missa primo celebrata; Exequiis illustrium hominum; orationibus habitis in aliorum laudem.

De

De processionibus Cleri ad Ecclesiam nostram; De miraculosa imaginum manifestatione, aut sacrorum cadauerum.

De numerò Missarum annuarum; De Congregationibus laicorum, siue in Collegio, siue in Ecclesia, cum eorum institutis, piis peregrinationibus; & in pauperes erogatis pecuniis.

De functionibus literariis; Scholis diuersarum artium; Academiis; publicis disputationibus; repræsentationibus, seu scænicis actionibus; linguarum peregrinarum studio; libris in lucem editis.

De functionibus Collegialium; quæ quis egerit ad aliorum insignem ædificationem, vel in Collegio, vel extra: si ad Deum peccator insignis conuersus est, vel persona nobilis. De ministeriis in gratiam Principum, seu Prælatorum; ad confessiones eorundem audiendas, ad examen Cleri ex decreto Synodi; ad visitationem Diæcesis; ad actionem ipsam Synodalem; ad negotia sacræ Inquisitionis; ad consultationes in Prælatorum Congregationibus.

De Nouitiis receptis, Professis, ordine sacro initiatis, Concionatoribus in Cathedrali, aut aliorum Ecclesiis; Monialium confessionibus auditis.

De Defunctis, & eorum cum laude gestis.

Temporalia verò sunt hæreditate, donatione, iure legati acquisita; emptiones, contractus alii: Dotes altarium; alienationes, permutationes bonorum; ædificia Vrbana, & rustica; plantationes; aquæductus; aquarum iura.

Bibliotheca insigniter aucta.

Onera perpetua ad tempus; obligationes Missarum, seu Diuinorum officiorum.

Æs alienum contractum, dissolutum; census vitalitii, lites grauiores, sententiæ à iudicibus latæ.

Benefactores additi; eleemosynæ erogatę in nos.

In his autem enarrandis stylum adhibeat breuem, facilem, historicum, sine amplificatione; addito nomine, cognomine, tum nostrorum, tum aliorum, de quibus agitur; & seruato in quolibet titulo, vbi plura similia narrantur, temporum ordine, notato anno in margine, quo res illa contigit.

In fine subscribet Præpositus cum Discretis, & Cancellario, reseruato altero exemplari in Archiuio Collegii.

Acta Prouinciæ, & item Capitulorum Prouincialium, qua ratione scribenda sint. Vide Regulam de officio Cancellarii Præpositi Prouincialis.

Acta Præpositi Generalis, & Capituli generalis, quomodo sint adnotanda, Vide, tum in officio Cancellarii Præpositi Generalis, tum in praxi, quæ habetur in lib. act. Cap. Gen.

Formula eligendi Assistentes, Visitatores, & Procuratorem Generalem, extra Capitulum generale.

ADueniente casu sufficiendi Assistentis, seu Visitatoris, seu Procuratoris generalis in locum alterius: vt habemus in Constitutionibus lib. 4. cap. 13., ius eligẽdi est pænes Præpositum Generalem, Assistentes eiusdem,

&

& Præpoſitos locales tantum; cùm autem in Prouincias diuiſa fuerit Congregatio; vt factum eſt anno 1659., ex eo tempore nō amplius ad Præpoſitos locales, ſed ad Prouinciales ius ſpectat eligendi, vt ex Conſtit. loco citato; & in conſultatione Præpoſiti generalis, anno 1623. fuit declaratum; hæc igitur forma ſeruabitur.

Vt primum admonitus fuerit à Præpoſito Generali, vt ſuffragia ferat per literas; quilibet Præpoſitus Prouincialis ſcribat in ſchedula hæc verba: Eligo in Aſſiſtentem, vel Viſitatorem, vel Procuratorem Generalem P.D.N.N.& ſubſcribat in hæc alia: Ego D. N.N. Præp. Prouincialis Prou.N; deinde plicatam ſchedulam; ita vt legi non poſſit, obſignet ſigillo officij ſui; & ſuper eandem ſcribat literas duas maiuſculas ad rem opportunas N. A. vel N. V. vel N. P. G. quæ ſignificant, nominatio Aſſiſtentis, Viſitatoris, Procuratoris Generalis: Scribat præterea in folio integro literas Præpoſito Generali dandas de more, ſignificans quidem ſe mittere nominationem, ſed perſonam taceat, & eiuſdem merita; nihilque preterea in his literis aliud ſcribat; intra quas literas includat ſchedulam prædictam, ita vt perire nequeat, eaſdemq; literas claudat, & obſignet; quibus addat inſcriptionem his verbis. *Al M. R. P. Propoſto Generale, & à Padri ſuoi Aſſiſtenti*, tum denique alio dimidiato folio tegat, ſigilloque appoſito communi, & ordinaria inſcriptione ad Præpoſitum Generalem eaſdem dirigat; interim orans Deum pro bona electione.

Acceptis literis Præpoſitorum Prouincialium, Præpo-

ſitus Generalis cum ſuis Aſſiſtentibus exploret; an ii omnes, qui debent, nominationum ſchedulas tranſmiſerint, & ſi ita eſſe repererint, idem Præpoſitus Generalis in vrnam ſchedulas omnes coniiciat adhuc obſignatas; & addat tum ſuam, tum Aſſiſtentium ſuorum ſchedulas minimè ſigillatas, plicatas tamen, vt legi non poſſint, niſi à ſcrutatoribus. Scrutatores autem ſunt Præpoſitus Generalis, & duo primi Aſſiſtentes, qui præuio ſcrutatorum de more iuramento, ſchedulas aperiant, nominatos notent cum nominationum numero, & tacitis nominantium nominibus, enuncient quot ſuffragia quiſque tulerit; & cui maior pars obuenerit, ille electus cenſeatur; vti declaratum eſt à Capitulo Generali 1585. Si non obuenerit, Præpoſitus Generalis iterum ſcribat ad ſupradictos, maiorem partem nemini obueniſſe; adiiciat autem notulam nominationum cum numero ſuffragiorum, vniuſcuiuſque ex nominatis, mandans cum obligatione ſecreti, vt nemini, neque nominatos, neque numerum nominationum patefaciant; & vt quamprimum nulla interiecta (ſi fieri poterit) mora, ſecundam nominationem mittant; eodem prorſus modo, quo primam miſerunt; in qua ad vnum ex nominatis accedant, quem magis voluerint, non autem alium quemquam de nouo nominent. Porro notulam nominationum à Generali tranſmiſſam igni confeſtim tradant.

Acceptis demum his literis Præpoſitorum Prouincialium, ſcrutinium rurſus fiat ab iiſdem, à quibus factum eſt primum, & eodem prorſus modo enunciatio fiat nomi-

minationum,tacitis semper nominantium nominibus: isque sit electus, qui ad maiorem partem propius accessit, vti declaratum est in pręcitato Capitulo Generali, igni traditis schedulis omnibus à duobus primis Assistentibus.

Superiori etiam formula vti poterunt Præpositi in nominando Procuratore Prouinciali, eadem præstando, mutatis mutandis, quæ supra Prouincialibus præscribuntur.

Pro electione Sociorum, qui ad Capitulum Generale profecturi sunt, cum fiet extra Capitulum Prouinciale, & per literas hæc adnotentur.

PRæpositi locales illius Prouinciæ, quæ obtinuerit à Cap. Gen. facultatem faciendi Cap.Prou. per literas, & item eorum Socii electi de more in Capitulo locali intra Octauam SS. Apostolorum Petri, & Pauli, iuxta Decr. Cap. Gen. 1668. tit. de Prou. & Prou., eadem seruabunt in nominandis duobus ex Patribus capitularibus, qui comitentur eorum P. Prouincialem ad Cap. Gen. quæ in superiori formula præscripta sunt Prouincialibus in nominatione Superiorum maiorum extra cap. gen. exceptis, quæ sequentur, videlicet.

Nominatio fiet separatim tum à Præposito, tum à Socio, ita vt vterque eorum nesciat, quos alter eorum nominauerit; in schedula scribentur hęc verba: Eligo in Socios ad cap.gen.profecturos PP.D.N.N.& D.N.N.deinde subscribetur à Prepositis sic: *Ego D. N.N. Præp. Coll. S. N. Vrbis N.*; à Sociis autem sic: *Ego D. N. N. Socius electus à Capitulo Collegij S. N. Vrbis N.* Plicabitur schedula, & obsignabitur sigillo proprio Collegii appositis

tis super eam literis N. SS. Scribat deinde ad Prouincialem se mittere nominationem &c. Claudetur in hac epistola schedula; Socius verò vna cum schedula claudet etiam literas patentes testimoniales suæ electionis, appositoq; sigillo communi, inscriptio hæc erit: *Al R.P. Prouinciale della Prouincia N. e suoi PP. Consultori*, tum hæc altero folio tegetur, & cum inscriptione ordinaria, dirigetur ad Prouincialem, de more.

Scrutinium fiet pariter, vt supra, sed à Prouinciali, & eius duobus Consultoribus, præmisso Iuramento, & seruatis, quæ ibidem supra præscribuntur, cum animaduersione, quod dicti Consultores non habent ius nominandi, nisi fuerint Præpositi, vel Socij præelecti in eorum Capitulo, secus se habebunt tamquam simplices scrutatores.

Si verò contingat aliqua tantum Collegia, & non singula vnius Prouinciæ obtinuisse à Capitulo Generali facultatem faciendi dictam nominationem per literas, præstabuntur supradicta omnia, excepto, quod literæ, intus quas erit nominatio, dirigentur ad Cap. Prou. cũ hac inscriptione: *Alli RR. PP. della Congreg. de Chierici Reg. di S. Paolo congregati per il Cap. Prou. della Prou. N. nella Città di N.* superiores autem literæ aperientur à Prouiuciali, & schedulæ dictam nominationem continentes, ab eodem Prouinciali adhuc obsignatæ ponentur cum cœteris in vrnam in ipsomet Cap. Prou., cum fiet electio, & aperientur à scrutatoribus Capituli.

Hìc si desideretur praxis seruanda in electione Socij,

vna

vna cum Præp. locali ad Cap. Prou. profecturi, videatur manuale P. Corij *pag. 35. tit. Cap. generalis Socius*, hæc enim praxis inferuire debet etiam pro Socio Capituli Prouincialis iuxta Decr. Cap. gen. 1662. *de Prou. & Prou.*

Pro sequenti formula, nota, quod Socijs Præpositorũ, quibus concessũ fuerit adeundi Cap. Prou. per literas, dãdæ sũt literæ testimoniales de eorum electione, quas ipsi transmittere debent, vt dictum est supra, cum eorum nominatione.

Formula literarum scribendarum à Collegio maiori, à quo aliud non dependet, pro Socio ad Capitulum Generale, vel Prouinciale profecturo.

Tit. pro Capitulo Generali.

MVltum Reuer. & Venerab. PP. Congreg. Cler. Reg. S. Pauli, in Cap. gen. proximè N. congregandis, Don N. N. Præpositus, & Capitulum Collegij S. N. Vrbis N. eiusdem Congr. humillimam reuerentiam, & promptam obedientiam.

Tit. pro Capitulo Prouinciali.

RR. PP. Congreg. Cler. Reg. S. Pauli, in Capitulo Prouinciali Prouinciæ N. proximè N. congregandis, D. N N. Pręp. & Capitulum Collegij S. N. Vrbis N. eiusdem Congreg. reuerentiam, & sui commendationem.

Con-

COngregato Capitulo nostro die mensis anni pro electione Socij, qui vna cum Præposito ad Capitulum Generale, *vel* Prouinciale profectus erat; in quo quidem Capitulo fuerunt PP. idem Don N. N. Præpositus, Don N. N. *numerentur omnes, cognomine adiecto; quod si aliquis ex Vocalibus absuerit, addatur in literis post vltimum Vocalem sic.*

(Desideratus autem fuit P. D. N. qui tunc erat N. iustam ob causam; & tamen ad præfinitam vsque diem expectatus) omnes Vocales huius Collegij, ritu consueto, & ex forma Constitutionum, & Decreti Capituli Generalis, electus fuit P. D. N. N. annum agens trigesimum; *vel* annos triginta natus, & vltra; quam quidem electionem ritè, & legitimè factam, his nostris Capitularibus literis Collegij nostri sigillo munitis testamur. Dat.

Subscribat Præpositus, & cum sigillo Cancellarius.

Formula literarum à Collegijs minoribus adhibenda, quando delegant aliquem Collegio maiori ad eligendum socium ad Cap. Generale, vel Prouinciale profecturum.

R. P. DON N. N. PRÆPOSITO, & Capitulo Collegij S. N. Vrbis N. Don N. N. Superior, & Capitulum Collegii S. N. loci N. æternam salutem.

COngregato Capitulo nostro die mensis anni pro delegando vno ex nostris, qui isthic nomine nostro intersit electioni Socii, qui cum Præposito istius Collegii ad Capitulum Generale, *vel* Prouinciale proximè celebrandum est profectus: in quo quidem Capitulo

adfuer-

adfuere Patres, idem D. N. N. Superior D. N. N. &c.

(Si aliquis ex vocalibus abſuerit, is expectetur, vſquequo poſſit Delegatus intereſſe Cap. Collegij maioris Congregando intra octauam S.Caroli ſi pro Cap.Gen.; ſi verò pro Cap. Prou., intra octauam SS. Apoſt. Petri, & Pauli; & ſi non venerit, eo caſu addatur in literis poſt vltimum vocalem : Deſideratus autem fuit P. D. N. & tamen expectatus vſque ad opportunam diem) omnes vocales huius Collegij, ritu conſueto, & ad præſcriptum Decretorum Capituli Generalis electus fuit P.D.N.N. in delegatum; vt veſtro Capitulo interueniat ad ſocij electionem. In quorum fidem has noſtras Capitulares literas, ſigillo noſtro munitas dedimus. Dat. &c.

Sub. Superior, & Cancell. appoſito Sigillo Collegij.

Formula literarum à Collegio maiori, à quo dependet aliud Collegium minus, in electione ſocij pro Cap. Gen. vel Prou. adhibenda, &c.

Titulus vt ſupra pag. 103.

CONgregato Capitulo noſtro die Menſis ... anni pro electione ſocij, qui vnà cũ Præpoſito ad Capitulũ Generale, *vel* Prouinciale profecturus erat: in quo quidem Capitulo fuerunt PP. idem Don N. N. Præpoſitus, Don N. N. *(Hic nominentur vocales, & inter eos ſuo loco Delegatus à Collegio minori, ſi adfuit, his verbis.)* P. D. N. N. delegatus à Patribus Collegij S. N. Vrbis N. vt teſtantur literæ ab eis datæ ad formam præſcriptam die N. menſis N. anni N., quæ apud nos aſſer-

uantur. (*Si nullus ex Collegio minori adfuerit, scribatur hoc modo post nominationem omnium vocalium cum parenthesi.*) (Desideratus autem fuit Delegatus à Collegio S. N. loci N. & tamen ad præfinitam vsque diem expectatus) omnes vocales, rituque consueto, & ex forma Constitutionum,& Decretorum hac de re Cap. Gen. electus fuit P.D.N.N. annum agens trigesimum, *Vel* annos triginta natus, & vltra: quam quidem electionem ritè, & legitimè factam, his nostris Capitularibus literis Collegij sigillo munitis, testamur. Dat.

Sub. Præp. & Cancell. apposito Sigillo.

(Si aliquis ex vocalibus Collegij maioris absuerit, addatur in literis post vltimum vocalem.) Desideratus autem fuit P. D.N. Qui aberat iusta de causa; & tamen vsque ad præfinitam diem expectatus)

Formula literarum Capituli Prouincialis ad Capitulum Generale, in electione sociorum adhibenda.

Multum Reuer., & Venerab. PP. Congreg. Cler. Reg. S. Pauli, in Capitulo Generali proximè N. congregandis D. N. N. Præp. Prouincialis, & PP. in Cap. Prou. N. congregati humillimam eorum commendationem, & promptam obedientiam.

CОngregato Capitulo Prouinciali huius Prouinciæ N. die . . . Octobris anni . . . ., in quo quidem Capitulo fuerunt R.P.D.N.N. Præp. Prou., R.P.D.N.N. Præp. Coll. S.N., Vrbis N., P.D.N.N. eius socius &c. (*nominentur hic omnes Præpositi per ordinem, & immediatè post vnumquemque eorum socius: dicatur si*

quis

quis abſuerit, & item exprimatur, ſi qui conuenerint, obtenta facultate, per literas) In ſeſſione habitâ die... , in qua de electione ſociorum, qui ad Cap. Gen. profecturi ſunt, actû eſt, ritu conſueto, & ex forma Conſtit. & Decret. electi fuere PP. D. N. N., & D. N. N.; Quam quidem electioné ritè, & legitimè factam his noſtris Capitularibus literis, ſigillo Prouincialis munitis teſtamur. Dat. &c.

Sub. Prouincialis, & Cancell. Capituli cum ſig. Prou.

Formula literarum, quæ dari debent à Prouinciali quando Cap. Prou. fiat per literas, de electione ſociorum.

Multum Reu. &c. D. N. N. Præp. Prouincialis Prou. N., & eius Conſultores, humill. &c. *vt ſupra. pag.* 103.

CONgregatis PP. Conſultoribus noſtris videlicet R. P. D. N. N., & R. P. D. N. N. die ... Menſis ... Anni ...., vt vigore facultatis conceſſæ ab vltimo Cap. Gen. huic noſtræ Prou., aperirentur literę omnium Vocalium, qui Ius habent ad electionem ſociorum, qui nomine Prou. adeant Cap. Gen., & recognitis literis pat. ſociorũ, ac ijs præmiſſis quæ præmittenda erant, electi fuere RR. PP. D. N. N., & D. N. N. (*in Prou. verò Gallo Pedemontana dicatur*: Alter Regis Chriſtianiſſimi, & alter Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ ſubditus iuxta Decret. Cap. Gen. 1668.) Quam quidem electionem ritè, & legitimè factam his noſtris, manu noſtrum omnium firmitatis, ac ſigillo officij noſtri munitis teſtamur. Dat. &c.

D: N. N. Præp. Prou.
D. N. N. Conſultor.   Locus † ſigilli Prou.
D. N. N. Conſ.

Pro ſequenti Formula Nota. Quod omnia, quæ tum à Collegij ſuperiore; tum à reliquis Capitularibus de eiuſdem licentia proponentur in hoc Capitulo pro bono Collegij; atque adeò totius Prouinciæ, primum quidem examinanda erunt per ſingulas propoſitiones, niſi quid prætermittendum erit à Præpoſito: deinde verò, quæ proponenda iudicabuntur, ſuffragijs ſingillatim erunt pariter confirmanda; & quod maiori parti, de more, placuerit id demum in literis ad Cap. Gen. perſcribatur.

Formula literarum Capituli localis ad Capitulum Gen. cum aliquid eſt communiter refferendum.

Tit. vt ſupra pag. 103.

CVm in Capitulo noſtro propoſitum ſit, an aliquid eſſet communi omnium noſtrum nomine pro bono huius Collegij, vobis VV. PP. refferendum; inter alia, quæ allata, & à nobis diſputata ſunt, viſum eſt hæc veſtræ prudentiæ, veſtroque bono zelo, iterum examinanda,& ſi ita libuerit,quod ſummiſſe peccamur,decernenda proponere. Primum, &c. (*deſcribantur ordine propoſitiones à maiori parte approbatæ*) Quæ omnia ritè, ac legitimè in Capitulo noſtro ſuffragijs confirmata, his noſtris ſigillo Collegij conſueto munitis, atteſtamur. Dat.

Subſcribat Præp. & cum Sigillo Cancell.

Formula literarum Cap. Prou. ad Cap.Gen. cum aliquid eſt communiter referendum. Tit. vt ſup. pag. 107.

CVm in Capitulo noſtro Prouinciali, in quo fuerunt R.P.D. &c. (ponantur nomina omnium Capitularium Ordine quo ſupra pag. 107. iuxta Conſtitutiones

lib.

lib.4. cap. 16. §.quæ eius nomine mittentur: In reliquis seruetur superior formula mutato nomine Collegij, in Prouinciæ.

Formula Testimonij pro recognitione librorum in lucem edendorum.

